

MANUAL

PARA LA PRECISA, PRONTA Y FACIL ADMINISTRACION

DE LOS

SANTOS SACRAMENTOS,

ARREGLADA

AL RITUAL DE NUESTRO SANTÍSIMO PADRE

PAULO QUINTO

(de feliz recordacion),


FORMADO

POR ÓRDEN DEL EXMO. ILLMO. Y VENERABLE SIERVO DE DIOS

EL SEÑOR DON JUAN DE PALAFOX Y MENDOZA,

Y

mandado observar puntualmente así por dicho Venerable Señor, como por otros Illmos. Señores Obispos, hasta nuestro actual Exmo. é Illmo. Prelado el Sr. Dr. D. Francisco Pablo Vazquez.



PUEBLA.

Reimpreso en la oficina de Atenógenes Castillero, portal de las flores.

1847.

EXMO. É ILLMO. SEÑOR.

D. José Pedro de Echavarri, Canónigo de esta Santa Iglesia ante V. E. Illma. en la debida forma digo: que acabados completamente los ejemplares del libro intitulado, Manual para la administracion de los Santos Sacramentos, que formó el Exmo. Illmo. y Venerable Sr. D. Juan de Palafox y Mendoza, cuya necesidad es notoria, ocurro á V. E. Illma. como encargado al efecto, pidiéndole licencia para su reimpresion, con las adiciones que tiene presentadas, y juzga muy oportunas, el Padre maestro de ceremonias D. Florencio Ruiz.

A. V. E. Illma. suplico se sirva proveer como fuere de su superior agrado.

Exmo. é Illmo. Señor.

José Pedro de Echavarri.

Puebla, Junio 16 de 1847.

Damos nuestra licencia para que se reimprima el libro titulado, »Manual para la administracion de los Santos Sacramentos,'' cuyos ejemplares nó se tiren sino despues de corregido el primero por el Sr. Lic. D. Luis Gutierrez Corral, Canónigo penitenciario de esta Santa Iglesia. Lo decretó el Sr. D. Angel Alonso y Pantiga, Dean de esta Santa Iglesia y Gobernador de la Mitra por enfermedad del Exmo. é Illmo. Sr. Obispo Dr. D. Francisco Pablo Vazquez.

M. Pantiga.

Ante mí
Lic. D. José Mariano de Yrurza,
Secretario.

MANUAL

DE LA ADMINISTRACION

DE LOS

SANTOS SACRAMENTOS.

Advertencias generales para su administracion.

Los que se hayan constituidos en la dignidad y apostólico ministerio de Párrocos, para ejercitarlo con la pureza que pide su obligacion, deben tener muy presente lo que acerca de los Ritos dispone el Santo Concilio Tridentino en la Ses. 7. Can. 13. por estas palabras: *Si quis dixerit, receptos, et approbatos Ecclesiæ Catolicæ Ritus in solemni Sacramentorum administratione adhiberi consuetos, aut contemni, aut sine peccato á Ministris pro líbito omitti, aut in novos alios per*

quemcumque Eclesiarum Pastorem mutari posse, anáthema sit.

Y porque en la Iglesia Católica no hay tesoro mas útil, excelente, divino y santo, que los Sacramentos; ni negocio de mayor importancia que el uso y administracion de ellos, el Sacerdote que con tanta inmediacion los trata y maneja, ha menester que la buena vida, limpieza de conciencia, virtudes y ejemplo, le hagan digno de tan alto y sagrado oficio: pues aunque los Sacramentos no se pueden manchar por los impuros, ni tampoco impedirse sus efectos por los malos ministros, es fuerza que la indignacion de la Divina Justicia corresponda à la temeridad de la ofensa, castigándola con la dura pena de eterna condenacion.

Si aconteciere (lo que Dios no permita) hallarse el Sacerdote con conciencia de pecado mortal, y le faltare copia de confesor, antes de administrar cualesquiera de los santos Sacramentos, procurará hacer un acto de contricion, y confesarse luego que haya comodidad de hacerlo. Pero de cualquier manera todas las veces que hubiere de administrar se preparará con esta

ORACION.

Adesto, Dómine, supplicationibus nostris, et me, qui etiam misericordia tua primus indigeo clementèr exaudi, et quem non electione meriti, sed dono gratiæ tuæ constituisti hujus óperis ministrum: da fidúciam tui múneris exequendi, atque ipse in nostro ministerio, quod tuæ pietatis est, operare. Qui vivis et regnas, &c.

En cualquier tiempo que fuere llamado acudirá diligente, puntual y pronto á su ministerio.

Siempre administrará con sobrepelliz y estola del color competente; y habiéndolos, irá acompañado de los clérigos que pidiere la ocasion: y no se divertirá á otro intento.

Hasta la sospecha de la simonia huirá en la administracion de los Sacramentos.

Tendrá decentes los ornamentos, vasos y demas alhajas necesarías para la administracion de ellos, procurando exactamente que se traten con la veneracion debida.

Asimismo tendrá cuatro libros, uno en que se escriban las partidas de Bautismos, otro las de Confirmaciones, otro las de Entierros, y otro las de Matrimonios, guardando en todos puntualmente la forma que se advierte al fin de este Manual.



DEL SACRAMENTO
DEL BAUTISMO.



FORMA DE ADMINISTRARLO A LOS PARVULOS ESPAÑOLES.

Revestido el Párroco, de sobrepelliz y estola morada, llegará al umbral de la Iglesia, donde por la parte de afuera aguardan los que trahen al infante, que estará sobre el brazo derecho del que lo lleva. Preguntará, ¿si es varon ó muger? ¿Si le bautizaron en casa? ¿Quién, y con qué ceremonias? ¿Y quienes son los padrinos? Y no consienta que á las criaturas que se han de bautizar se les pongan nombres de Santos que no sean de la Ley de Gracia, admitiendo solo de los del Viejo Testamento los de San Joaquin, Santa Ana, San José, San Juan Bautista, y Santa Isabel.

Esto advertido procederá á las preguntas siguientes:

Sac. N. ¿Quid petis ab Ecclesia? *Pad.* Fidem. *Sac.* ¿Fides quid tibi prestat? *Pad.* Vitam æternam. *Sac.* Si vis ad vitam ingredi, serva mandata: Diliges Dóminum Deum tuum, ex toto corde tuo, et ex tota ánima tua, et ex tota mente tua, et próximum tuum sicut te ipsum.

Despues sople tres veces blandamente el rostro del infante, y diga una vez:

Exi ab eo (*vel* ab ea) immunde spíritus, et da locum Spirítui Sancto Paráclyto.

Haga la señal de la Cruz con el dedo pulgar en la frente y pecho del infante, diciendo:

Accipe signum Crucis, tàm in fronte, ✠ quàm in corde, ✠ sume fidem cœlestium præceptorum, et talis esto moribus, ut templum Dei jam esse possis.

OREMUS.

Preces nostras quæsumus Dómine clementèr exaudi, et hunc electum tuum N. (*vel* hanc electam tuam N.) Crucis dominicæ impressione signatum (*vel* signatam) perpetua virtute custodi, ut magnitúdinis gloriæ tuæ rudimenta servans, per custodiam mandatorum tuorum ad regenerationis gloriam pervenire mereatur. Per Christum Dóminum nostrum. *℟esp.* Amen.

Despues ponga la mano estendida sobre la cabeza del infante, y diga:

OREMUS.

Omnipotens sempiterne Deus, Pater Dómini nostri Jesu-Christi, respícere dignare super hunc famulum tuum N. quem (*vel* super hanc fámulam tuam N. quam) ad rudimenta fidei vocare dignatus es: omnem cæcitatem cordis ab eo (*vel* ab ea) expelle, disrumpe omnes laqueos sátanæ, quibus fuerat colligatus (*vel*

colligata): àperi ei, Dómine, januam pietatis tuæ, ut signo sapientiæ tuæ imbutus (*vel* imbuta) omnium cupiditatum fœtóribus careat, et ad suavem odorem præceptorum tuorum lætus (*vel* læta) tibi in Ecclesia tua deserviat, et proficiat de die in diem. Per eumdem Christum Dóminum nostrum. *Resp.* Amen.

Bendiga el Sacerdote la sal, si no lo estuviere, en la forma que despues se dirá, y poniéndola en la boca del infante diga:

N. áccipe salem sapientiæ, propitiatio sit tibi in vitam æternam. *Resp.* Amen.
Sac. Pax tecum. *Resp.* Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

Deus Patrum nostrorum, Deus universæ cónditor veritatis, te súpplices exoramus, ut hunc fámulum tuum N. (*vel* hanc fámulam tuam N.) respìcere digneris propitius, & hoc primum pábulum salis gustantem, non diutius esurire permittas, quóminùs cibo expleatur cœlesti, quàtenùs sit semper spìritu fervens, spe gaudens, tuo semper nòmine serviens. Perduc eum (*vel* eam) Dòmine quæsumus, ad novæ regenerationis lavacrum, ut cum fidelibus tuis promissionum tuarum æterna præmia cónsequi mereatur. Per Christum Dominum nostrum. *Resp.* Amen.

Exorcizo te immunde spìritus, in nòmine Patris, ✠ et Filij, ✠ et Spìritus Sancti, ✠ ut exeas, et recedas ab hoc fàmulo (*vel* ab hac fàmula) Dei N. Ipse enim tibi ímperat, maledicte damnate, qui pèdibus super mare ambulavit, et Petro mergenti dexteram manum porrexit.

Ergò maledicte diàbole, recognosce sententiam tuam, et da honorem Deo vivo et vero, da honorem Jesu-Christo Filio ejus, et Spirítui Sancto, et recede ab hoc fámulo (*vel* ab hac fámula) Dei N. quia istum (*vel* istam) sibi Deus et Dominus noster Jesus-Christus ad suam sanctam gratiam, et benedictionem, fontemque baptìsmatis vocare dignatus est.

Aquí signa en la frente con el pólice al infante, y prosigue diciendo:

Et hoc signum Sanctæ Crucis, ✠ quod nos fronti ejus damus, tu maledicte diàbole, nunquam audeas violare. Per eumdem Christum Dòminum nostrum. ***Resp.*** Amen.

Ponga el Sacerdote la mano estendida sobre la cabeza del infante, y diga:

OREMUS.

Æternam, ac justissimam pietatem tuam déprecor Dòmine Sancte, Pater omnìpotens, æterne Deus, auctor lùminis, et veritatis, su-

per hunc fámulum tuum (*vel* super hanc fámulam tuam) N. ut digneris illum (*vel* illam) illuminare lùmine inteligentiæ tuæ: munda eum (*vel* eam) et sanctifica, da ei scientiam veram, ut dignus (*vel* digna) gratia baptismi tui effectus, (*vel* effecta) teneat firmam spem, consilium rectum, doctrinam sanctam. Per Christum Dòminum nostrum. ***Resp.*** Amen.

Ponga el Sacerdote una estremidad de la estola sobre el infante, y llévelo adentro de la Iglesia, diciendo:

N. Ingrédere in templum Dei, ut habeas partem cum Christo in vitam æternam. ***Resp.*** Amen.

Vaya el Sacerdote á la fuente bautismal, y miéntras llega á ella, diga con los padrinos en voz clara el Credo *y el* Pater noster, *y ántes de llegar á la fuente, diga:*

EXORCISMUS.

Exorcizo te omnis spìritus immunde in nòmine Dei Patris omnipotentis, ✠ et in nòmine Jesu-Christi Filij ejus Dòmini, et jùdicis nostri, ✠ et in virtute Spìritus ✠ Sancti, ut discedas ab hoc plàsmate Dei N. quod Dòminus noster ad templum sanctum suum vocare dignatus est, ut fiat templum Dei vivi, et Spìritus Sanctus hábitet in eo. Per eumdem Christum Dòminum nostrum, qui venturus est judicare vivos, et mortuos, et sæculum per ignem. ***Resp.*** Amen.

Tome de su saliva con el pulgar el Sacerdote, y toque con ella los oidos del infante, y comenzando por el derecho, diga:

Ephpheta, quod est, Adaperire. ***Tóquele las narices diciendo*****: In odorem suavitatis. Tu autem effugare diàbole, appropinquavit enim judicium Dei.**

Despues pregunte el Sacerdote al infante, nombràndole, y responda el padrino por él.

Sac. **N. Abrenuntias sàtanæ?**
Pad. **Abrenuntio.**
Sac. **Et ómnibus operibus ejus?**
Pad. **Abrenuntio**
Sac. **Et ómnibus pompis ejus?**
Pad. **Abrenuntio.**

Tome con el pulgar el Sacerdote el Oleo de los Catecúmenos, y en forma de cruz unja al infante en el pecho y entre las espaldas, diciendo:

Ego te linio Oleo salutis in Christo ✠ Jesu Dómino nostro, ut habeas vitam æternam. ***Resp.*** **Amen.**

Límpiese el pulgar el Ministro, y las partes ungidas del infante con un algodon. Deje la estola morada, y póngase la blanca, y pregunte por su nombre al que se bautiza lo siguiente, y responda por él el Padrino.

Sac. **N. Credis in Deum Patrem Omnipotentem Creatorem Cœli et terræ?**
Pad. **Credo.**

Sac. Credis in Jesum-Christum Filium ejus únicum Dóminum nostrum natum et passum?

Pad. Credo.

Sac. Credis in Spiritum Sanctum, Sanctam Ecclesiam cathólicam, Sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, vitam æternam?

Pad. Credo.

Sac. N. Vis baptizari?

Pad. Volo.

Luego el padrino ó madrina, ó ambos si los hubiere, tendrán al infante, y el Sacerdote con el vaso, que estará prevenido, tomará agua de la pila bautismal, y echándola tres veces en forma de cruz sobre la cabeza del que se bautiza, pronunciará clara y atentamente, y con la debida intencion de bautizar, estas palabras una vez:

N. Ego te baptizo in nómine Patris, ✠ (*aqui se echa la primera vez el agua*) et Filij, ✠ (*aquí la segunda*) et Spiritus ✠ Sancti, (*aquí la tercera*).

Despues limpie el Sacerdote la cabeza al bautizado, y los padrinos le levantarán de la fuente, recibiéndole de mano del Sacerdote.

Si se dudare racionalmente si está bautizado el infante, se usará de esta forma:

N. Si non es baptizatus (*vel* baptizata) ego te baptizo in nómine Patris, ✠ et Filij, ✠ et Spíritus ✠ Sancti.

Luego tomando el Crisma con el pulgar, unja al infante en la parte superior de la cabeza en forma de cruz, diciendo:

Deus omnípotens, Pater Dómini nostri Jesu-Christi, qui te regeneravit ex aqua, et Spíritu Sancto, quique dedit tibi remissionem omnium peccatorum (*aquí unge*), ipse te líneat Chrísmate salutis, ✠ in eodem Christo Jesu Dómino nostro in vitam æternam. ℟*esp.* Amen.

Sac. Pax tibi. ℟*esp.* Et cum spíritu tuo.

Límpiese el Sacerdote los dedos y las partes ungidas del infante, y poniéndole en la cabeza el Capillo ó lienzo que sirve de vestidura blanca, diga:

Accipe vestem cándidam, quam immaculatam pérferas ante tríbunal Dómini nostri Jesu-Christi, ut habeas vitam æternam.

℟*esp.* Amen.

Despues ponga la candela encendida en la mano del infante, ó en la del padrino, diciendo:

Accipe làmpadem ardentem, et irreprehensibilis custodi baptismum tuum: serva Dei mandata, ut cum Dóminus vénerit ad nuptias, possis ocurrere ei, una cum ómnibus sanctis in aula cœlesti, habeasque vitam æternam, et vivas in sæcula sæculorum.

℟*esp.* Amen.

Sac. N. Vade in pace, et Dóminus sit tecum.

℟*esp.* Amen.

MODO DE ADMINISTRAR
EL SACRAMENTO DEL BAUTISMO
EN PLURAL.

Preparadas todas las cosas, como se dijo en el bautismo de uno, y preguntando por el nombre que se les ha de poner, colocados los varones á la derecha y las mugeres á la izquierda, comienze el Párroco diciendo:

Sac. N. ¿Quid pétitis ab Ecclesia?
Pad. Fidem.
Sac. ¿Fides, quid vobis præstat?
Pad. Vitam æternam.
Sac. Si vultis ad vitam íngredi, serváte mandata: Diliges Dóminum Deum tuum, ex toto corde tuo, et ex tota ánima tua, et ex tota mente tua, et pròximum tuum sicut te ipsum.

Sople tres veces suavemente en el rostro de cada uno de por sí, y diga:

Exi ab eis immunde spíritus, et da locum Spíritui Sancto Paráclyto.

Haga con el dedo pulgar la señal de la Cruz en la frente y pecho de cada uno, diciendo juntamente:

Accipite signum Crucis, tam infronte, ✠ quám in corde, ✠ súmite fidem cœlestium præceptorum, et tales estote moribus, ut templum Dei jam esse possitis.

OREMUS.

Preces nostras, quæsumus Dómine clementér exaudi, et hos electos tuos Crucis dominicæ impressione signatos, perpetua virtute

custodi, ut magnitudinis gloriæ tuæ rudimenta servantes, per custodiam mandatorum tuorum ad regenerationis gloriam pervenire mereantur. Per Christum Dominum nostrum. *Resp.* Amen.

Ponga la mano sobre la cabeza de cada uno, y diga:

OREMUS.

Omnipotens sempiterne Deus, Pater Domini nostri Jesu-Christi respícere dignare super hos famulos tuos, quos ad rudimenta fidei vocare dignatus es: omnem cæcitatem cordis ab eis expelle, disrumpe omnes laqueos satanæ quibus fuerant colligati, áperi eis, Domine, januam, pietatis tuæ, ut signo sapientiæ tuæ imbuti, omnium cupiditatum fœtoribus careant, et ad suavem odorem præceptorum tuorum læti tibi in Ecclesia tua deserviant, et proficiant de die in diem. Per eumdem Christum Dóminum nostrum. *Resp.* Amen.

Tome un poco de sal bendita, y ponga en la boca de cada uno, diciendo:

Accipite salem sapientiæ: propitiatio sit vobis in vitam æternam. *Resp.* Amen.
Sac. Pax vobis. *Resp.* Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

Deus Patrum nostrorum, Deus universæ conditor veritatis, te súpplices exoramus, ut hos famulos tuos respìcere digneris propitius, et hoc primum pábulum salis gustantes, non diutius esurire permittas, quo minus cibo ex-pleantur cœlesti, quatenus sint semper spìritu ferventes, spé gaudentes, tuo semper nòmine servientes. Perduc eos Dòmine, quæsumus, ad novæ regenerationis lavacrum ut cum fidelibus tuis promissionum tuarum æterna præmia cónsequi mereantur. Per Christum Dominum nostrum. *Resp.* Amen.

Exorcizo te immunde spíritus, in nómine Patris, ✠ et Filij, ✠ et Spìritus ✠ Sancti ut exeas, et recedas ab his famulis Dei. Ipse enim tibi ímperat maledicte damnate, qui pédibus super mare ambulavit, et Petro mergenti déxteram manum porrexit. Ergò maledicte diabole recognosce sententiam tuam, et da honorem Deo vivo, et vero: da honorem Jesu-Christo Filio ejus, et Spirítui Sancto, et recede ab his famulis Dei, quia istos sibi Deus, et Dominus noster Jesus-Christus ad suam sanctam gratiam. et benedictionem, fontemque baptismatis vocare dignatus est.

Haga á cada uno una Cruz con el dedo pulgar en la frente, diciendo:

Et hoc signum Sanctæ Crucis, ✠ quod nos frontibus eorum damus, tu maledicte diabole, numquam audeas violare. Per eumdem Christum Dòminum nostrum.
Resp. Amen.

Ponga la mano sobre la cabeza de cada uno de por sì y diga:

Æternam, ac justissimam pietatem tuam deprecor Dòmine sancte, Pater omnìpotens, æterne Deus, auctor lùminis, et veritatis, super hos famulos tuos, ut digneris illos illuminare lúmine intelligentiæ tuæ, munda eos et sanctifica, da eis scientiam veram, ut digni gratia baptismi tui effecti, teneant firmam spém, consilium rectum, doctrinam sanctam. Per Christum Dòminum nostrum.
Resp. Amen.

Ponga un cabo de la estola sobre un niño, y diga á todos entrándolos en la iglesia:

Ingredimini in templum Dei, ut habeatis partem cum Christo in vitam æternam.
Resp. Amen.

Vaya el Sacerdote á la fuente bautismal, y miéntras llega à ella diga con los padrinos en voz clara el Credo *y el* Pater noster, *y ántes de llegar á la fuente, diga:*

O

EXORCISMUS.

Exorcizo te omnis spìritus immunde in nomine Dei Patris omnipotentis, ✠ et in nomine Jesu-Christi Filij ejus Domini, et jùdicis nostri, ✠ et in virtute Spìritus ✠ Sancti, ut discedas ab his plasmatibus Dei quæ Dominus noster ad templum sanctum suum vocare dignatus est, ut fiant templa Dei vivi, et Spìritus Sanctus habitet in eis. Per eumdem Christum Dòminum nostrum, qui venturus est judicare vivos, et mortuos, et sæculum per ignem. *Resp.* Amen.

Tome el Sacerdote un poco de su saliva con el dedo pulgar, y unte los oidos á todos, primero el derecho, y despues el izquierdo, diciendo à cada uno en particular:

Ephphetá, quod est adaperire.

Despues toque las narices, diciendo:

In odorem suavitatis. Tu autem effugare diabole, appropinquavit enim judicium Dei.

Pregunte à cada uno de por sí, nombràndole por su nombre, y responda el padrino.

Sac. N. Abrenuntias sàtanæ?
Pad. Abrenuntio.
Sac. Et ómnibus operibus ejus?
Pad. Abrenuntio.
Sac. Et ómnibus pompis ejus?
Pad. Abrenuntio.

Tomé el Sacerdote el Oleo de los Catecúmenos, y en forma de cruz unja á cada uno de por sì en el pecho y espaldas, diciendo:

Ego voz linio ✠ Oleo salutis in Christo Jesu Dómino nostro; ut habeatis vitam æternam. *Resp.* Amen.

Aquí deja la estola morada y toma otra blanca, lìmpiase los dedos y pregunta á cada uno en particular, respondiendo el padrino.

Sac. **N. Credis in Deum Patrem omnipotentem Creatorem cœli et terræ?**
Pad. **Credo.**
Sac. **Credis in Jesum-Christum Filium ejus únicum Dóminum nostrum, natum, et passum?**
Pad. **Credo.**
Sac. **Credis in Spiritum Sanctum, sanctam Ecclesiam cathólicam, Sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, vitam æternam?**
Pad. **Credo.**

Pregunte nombrando á cada uno de por sì, y responda el padrino.

Sac. **N. Vis baptizari?**
Pad. **Volo.**

Bautize á cada uno de por sì, diciendo:

N. Ego te baptizo in nómine Patris, ✠ et Filij, ✠ et Spíritus ✠ Sancti.

Y habiendo concluido con todos, tome del Crisma y unja en forma de cruz á cada uno en la coronilla de la cabeza, diciendo:

Deus omnípotens, Pater Dómini nostri Jesu-Christi, qui vos regeneravit ex aqua, et Spíritu Sancto, quique dedit vobis remissionem omnium peccatorum (*unja*), ipse vos liniat chrísmate salutis ✠ in eodem Christo Jesu Dómino nostro in vitam æternam. R*esp.* Amen.
Sac. Pax vobis. R*esp.* Et cum spíritu tuo.

Limpie con los algodones las partes unjidas y ponga en la cabeza de todos el capillo, diciendo:

Accipite vestem cándidam quam immaculatam perferatis ante tribúnal Dómini nostri Jesu-Christi, ut habeatis vitam æternam. R*esp.* Amen.

Dé las candelas encendidas à los infantes, ó á los padrinos, diciendo:

Accipite làmpadem ardentem et irreprehensibiles, custodite baptismum vestrum, servate Dei mandata, ut cum Dóminus vénerit ad nuptias, possítis ocùrrere ei, una cum ómnibus sanctis in aula cœlesti, habeatisque vitam æternam, et vivatis in sæcula sæculorum. R*esp.* Amen.
Sac. Ite in pace, et Dóminus sit vobiscum.
R*esp.* Amen.

Si el infante, ó el adulto estuviere enfermo, tan gravemente que le amenace peligro de muerte ántes de acabarle de bautizar, dejarà el Sacerdote todas las cosas que preceden al bautismo, y echando tres veces, ó una, agua sobre la cabeza del que se bautiza, en forma de cruz, dirà:

N. Ego te baptizo in nómine Patris, ✠ et Filij, ✠ et Spiritus ✠ Sancti.

Si no hubiere agua bautismal, y se temiere peligro, use el Sacerdote de agua simple, y despues, sí hubiere Crisma, únjale lo superior de la cabeza, diciendo:

Deus omnìpotens, Pater Dòmini nostri Jesu-Christi, &c. *ut supra fol.* **15.**

Despues póngale el capillo, diciendo:

Accipe vestem &c.

Ultimamente, le dará la candela encendida, diciendo:

Accipe lámpadem, &c.

Y si despues de esto viviere, se le suplirán todos los ritos que se dejaron.

Debe el Párroco amonestar á los padrinos, y avisarles el parentesco espiritual que contrahen con el bautizado y sus padres, y que este parentesco impide el matrimonio y lo dirime, y de la obligacion que tienen de enseñarles las oraciones y doctrina cristiana.

MODO DE ADMINISTRAR EL BAUTISMO

A LOS ADULTOS ESPAÑOLES.

Primeramente el Sacerdote (preparadas todas las cosas que se dijeron arriba en la administracion del bautismo á los párvulos) revestido con sobrepelliz, estola y pluvial morado, con sus clérigos, llegará á las gradas del altar, y puesto de rodillas hará oracion á Dios, pidiéndole su gracia para administrar dignamente tan alto sacramento; y levantándose se signará para implorar el auxilio divino, y dirá si el tiempo lo permitiere:

℣. Deus in adjutorium meum intende,
℟. Dómine ad adjuvandum me festina.
Gloria Patri, et Filio, et Spirítui Sancto,
Sicut erat in principio, et núnc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Despues comienze esta antífona, prosiguiéndola los clérigos.

Effundam super vos aquam mundam, et mundabimini ab ómnibus inquinamentis vestris, dicit Dóminus.

PSALMUS 8.

Domine Dóminus noster, * ¡quám admirábile est nomem tuum in universa terra!

Quoniam elevata est magnificentia tua * super cœlos.

Ex ore infántium et lacténtium perfecisti laudem propter inimicos tuos, * ut destruas inimicum et ultorem.

Quoniam videbo cœlos tuos, ópera digitorum tuorum: * lunam et stellas, quæ tu fundasti.

Quid est homo, quod memor es ejus? * aut filius hóminis, quoniam vísitas eum?

Minuisti eum paulò minùs ab Angelis, gloria et honore coronasti eum: * et constituisti eum super ópera manuum tuarum.

Omnia subjecisti sub pédibus ejus, * oves et boves universas, insuper et pécora campi.

Vólucres cœli, et pisces maris,* qui perámbulant sémitas maris.

Dómine Dóminus noster, * ¡quám admirábile est nomen tuum in universa terra!
Gloria Patri, &c. Sicut erat in principio, &c.

PSALMUS 28.

Afferte Dómino filij Dei: * afferte Dómino filios arietum.

Afferte Dómino gloriam et honorem, afferte Dómino gloriam nómini ejus: * adorate Dóminum in atrio sancto ejus.

Vox Dómini super aquas, Deus majestatis intónuit: * Dóminus super aquas multas.

Vox Dómini in virtute: * vox Dómini in magnificentia.

Vox Dómini confringentis cedros:* et confringet Dóminus cedros Líbani.

Et comminuet eas tamquam vítulum Líbani: * et dilectus quemadmódum filius unicornium.

Vox Dómini intercidentis flammam ignis: * vox Dómini concutientis desertum: et commovebit Dóminus desertum Cades.

Vox Dómini præparantis cervos, et revelabit condensa: * et in templo ejus omnes dicent gloriam.

Dóminus diluvium inhabitare facit: * et sedebit Dóminus rex in æternum.

Dóminus virtutem pópulo suo dabit: * Dóminus benedicet pópulo suo in pace.

Gloria Patri, &c. Sicut erat in principio, &c.

PSALMUS 41.

Quemádmodùm desiderat cervus ad fontes aquarum: * ita desiderat ánima mea ad te, Deus.

Sitivit ánima mea ad Deum fortem vivum: * quando véniam et apparebo ante fáciem Dei?

Fuerunt mihi làcrymæ meæ panes die ac nocte: * dum dicitur mihi quotidiè Ubi est Deus tuus?

Hæc recordatus sum, et effudi in me ánimam meam: * quoniam transibo in locum tabernaculi admirábilis, usque ad domum Dei.

In voce exultationis, et confessionis, * sonus epulantis.

Quare tristis es ánima mea? * et quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: * salutare vultus mei, et Deus meus.

Ad me ipsum ánima mea conturbata est: * propterea memor ero tui de terra Jordanis, et Hermoniim á monte módico.

Abyssus abyssum ìnvocat, * in voce cataractarum tuarum.

Omnia excelsa tua, et fluctus tui * super me transierunt.

In die mandavit Dóminus misericordiam suam, * et nocte cànticum ejus.

Apud me oratio Deo vitæ meæ, * dicam Deo: Susceptor meus es.

Quare oblitus es mei? * et quare contristatus incedo, dum affligit me inimicus?

Dum confringuntur ossa mea, * exprobraverunt mihi qui tribulant me inimici mei.

Dum dicunt mihi per singulos dies: Ubi est Deus tuus? * quare tristis es ánima mea? et quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: * salutaris vultus mei et Deus meus.
Gloria Patri, &c Sicut erat in principio, &c.

Repítase la antífona: Effundam super vos aquam mundam, &c. *y acabada dígase.*

Kyrie éleyson. Christe éleyson.
Kyrie éleyson. Pater noster.
℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed líbera nos á malo.
℣. Dómine, exaudi, &c.
℟. Et clámor meus, &c.
℣. Dóminus vobiscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

Omnipotens sempiterne Deus, qui dedisti fámulis tuis in confessione veræ fidei, æternæ Trínitatis gloriam agnóscere, et in potentia majestatis adorare unitatem: quæsumus, ut ejusdem fidei firmitate, ab ómnibus semper muniamur adversis.

ORATIO.

Adesto supplicationibus nostris omnipotens Deus: et quod humilitatis nostræ gerendum est ministerio, tuæ virtutis impleatur effectu.

ORATIO.

Da quæsumus Dómine, electo nostro (*vel* electæ nostræ) ut sanctis edoctus (*vel* edocta) misterijs, et renovetur fonte baptismatis, et inter Ecclesiæ tuæ membra numeretur. Per Christum Dominum nostrum. *℟esp.* Amen.

Si fueren muchos los adultos, se dirá esta tercera oracion en plural. Y si fueren una ó muchas mugeres, se dirà en su propio género y número.

Despues vaya el sacerdote á las puertas de la Iglesia, y quédese en pie en el umbral, y el catecúmeno fuera de él, y si fueren muchos se pondrán los varones á la mano derecha, y las mugeres à la izquierda: y ántes de comenzar le hablará á cada uno de esta manera.

Sac. Hermano, muchas gracias debe dar á nuestro Señor y Redentor Jesucristo, pues

como quiera que estuviese en las tinieblas de la infidelidad, desviado del camino real del paraiso, por su infinita misericordia fué servido de llamarle á su santa fé católica, sin la cual ninguno se puede salvar. Por tanto, es necesario que del todo aparte de su corazon los funestos errores de la secta en que hasta ahora ha vivido; y que con grande devocion reciba la santa fé católica y el sacramento del bautismo, proponiendo firmemente vivir y morir en la misma fé.

Cat. Por cierto, yo doy muchas gracias á nuestro Señor Dios, y de entero corazon propongo hacerlo así, dándome para ello su favor y ayuda.

Sac. ¿Pésale y tiene dolor de los pecados con que ha ofendido á Dios nuestro Señor y Criador, desde la hora que tuvo uso de razon y supo conocer lo bueno y lo malo?

Cat. Si me pesa.

Sac. Demas de esto, es necesario, hermano, que pida á la Iglesia, y á mí como ministro suyo, le dé el sacramento del bautismo, que es puerta de los demas sacramentos, no movido por temor ó fuerza, ódio, ni amor, sino por llamamiento del Espíritu Santo, para gloria de Dios y salud de su alma, deseando de todo corazon, y te-

niendo propósito de vivir debajo de la obediencia de Dios y de la santa Iglesia.

Cat. Reverendo Padre y ministro de Jesucristo, no es otro mi deséo sino la honra de Dios y salvar mi alma: por tanto, pido y le requiero que me administre el sacramento del bautismo, y me enseñe como pueda conseguir la vida eterna.

Sac. Quo nómine vocaris?

Cat: N.

Sac. N. ¿Quid petis ab Ecclesia?

Cat. Fidem.

Sac. ¿Fides quid tibi præstat?

Cat. Vitam æternam.

Sac. Si vis habere vitam æternam, serva mandata. Diliges Dóminum Deum tuum, ex toto corde tuo, et ex tota ánima tua, et ex tota mente tua, et pròximum tuum sicut te ipsum: in his duobus mandatis tota lex pendet, et prophetæ. Fides autem est, ut unum Deum in Trinitate, et Trinitatem in unitate venereris, neque confundendo personas, neque substantiam separando. Alia est enim persona Patris, alia Filij, alia Spiritus Sancti; sed horum trium una est substantia, et non nisi una divinitas.

Sac. N. Abrenuntias sàtanæ?

Cat. Abrenuntio.

Sac. Et ómnibus operibus ejus?
Cat. Abrenuntio
Sac. Et ómnibus pompis ejus?
Cat. Abrenuntio.
Sac. N. Credis in Deum Patrem omnipotentem Creatorem cœli et terræ?
Cat. Credo.
Sac. Credis et in Jesum-Christum Filium ejus únicum Dóminum nostrum, natum et passum?
Cat. Credo.
Sac. Credis et in Spiritum Sanctum, sanctam Ecclesiam cathólicam, sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, vitam æternam?
Cat. Credo.

Sople tres veces el Sacerdote el rostro del Catecúmeno, diciendo una vez solamente:

Exi ab eo (*vel* ab ea) immunde spíritus, et da locum Spirítui Sancto Paráclyto.

Sople con el aliento tres veces el rostro del Catecúmeno en forma de cruz, y diga:

N. Accipe Spìritum bonum per istam insufflationem, et Dei benedictionem. ✠

Sac. Pax tibi. *Resp.* Et cum spíritu tuo.

Haga la señal de la Cruz con el dedo pólice en la frente y pecho del Catecúmeno, diciendo:

N. Accipe signum Crucis, tám in fronte, ✠ quám in corde, ✠ súme fidem cœlestium præceptorum. Talis esto móribus, ut templum

Dei jam esse possis: ingressusque Ecclesiam Dei, evasisse te láqueos mortis lætus (*vel* læta) agnosce, (horresce idòla, respue simulacra) cole Deum Patrem omnipotentem, et Jesum-Christum Filium ejus únicum, Dominum nostrum, qui venturus est judicare vivos et mortuos, et sæculum per ignem.

Resp. Amen.

Adviértase que aquellas palabras: Horresce idòla, respue simulacra, *se han de decir al Catecúmeno que viene de la gentilidad, ó idolatría; mas al que viene del Judaismo, en lugar de aquellas se digan estas:*

Horresce judaicam perfidiam, respue hæbraicam superstitionem:

Al sarraceno, turco, ó persa, ó á otro mahometano que venga á nuestra santa fé, estas:

Horresce mahuméticam perfidiam, respue pravam sectam infidelitatis.

Al herege que se reduce á la Iglesia catòlica, (que debe bautizarse no habiéndose guardado con él la forma) estas:

Horresce hæreticam pravitatem, respue nefarias sectas impiorum, *ó declarese la secta de que viene.*

Y si los Catecúmenos electos son muchos, se dirá á cada uno en particular todo lo dicho, en género y número conveniente. Luego diga, en singular si es uno, y en plural si muchos, la oracion siguiente:

OREMUS.

Te déprecor, Domine Sancte, Pater omnipotens æterne Deus, ut huic fámulo tuo N.

(*vel* fámulæ tuæ N.) qui (*vel* quæ) in hujus sæculi nocte, vagatur incertus, ac dubius (*vel* incerta, ac dubia) viam veritatis, et agnitionis tulr jubeas demonstrari: quàtenùs reseratis òculis cordis sui, te unum Deum Patrem in Filio, et Filium in Patre cum Spíritu sancto recognoscat, atque hujus confessionis fructum, et hic, et in futuro sæculo percìpere mereatur. Per Christum Dóminum nostrum. ***Resp.*** Amen.

Prosiga haviendo los signos siguientes con el dedo pólice, diciendo las palabras que les corresponden; y si fueren muchos á cada uno en particular.

En la frente. Signo tibi frontem, ✠ ut suscipias Crucem Dòmini.

En los oidos. Signo tibi aures, ✠ ut audias divina præcepta.

En los ojos. Signo tibi òculos, ✠ ut videas claritatem Dei.

En las narices. Signo tibi nares, ✠ ut odorem suavitatis Christi sentias.

En la boca. Signo tibi os, ✠ ut loquaris verba vitæ:

En el pecho. Signo tibi pectus, ✠ ut credas in Deum:

En las espaldas. Signo tibi scàpulas, ✠ ut suscipias jugum servitutis ejus.

En todo el cuerpo, sin tocarle con la mano, bendiga así: Signo te totum (*vel* totam) in nòmine Patris, ✠ et Filij, ✠ et Spíritus ✠ sancti, ut habeas vitam æternam, et vivas in sæcula sæculorum. *Resp.* Amen.

Si fueren muchos, diga en plural la oracion siguiente:

OREMUS.

Preces nostras, quæsumus Dómine, clementèr exaudi, et hunc electum tuum N. (*vel* hanc electam tuam N.) Crucis dominicæ, cujus impressione eum (*vel* eam) signamus, virtute custodi, ut magnitúdinis gloriæ tuæ rudimenta servans, per custodiam mandatorum tuorum ad regenerationis gloriam pervenire mereatur. Per Christum Dóminum nostrum. *Resp.* Amen.

OREMUS.

Deus, qui humani gèneris ita es cònditor, ut sis etiam reformator, propitiare pòpulis adoptivis, et novo testamento sobolem novæ prolis adscribe: ut filij promissionis, quod non potuerunt assequi per naturam, gaudeant se recepisse per gratiam. Per Christum Dòminum nostrum. *Resp.* Amen.

Despues ponga la mano estendida sobre la cabeza del electo ó electa, y si fueren muchos diga en plural esta oracion.

OREMUS.

Omnipotens sempiterne Deus, Pater Dómini nostri Jesu-Christi, respícere dignare super hunc famulum tuum N. quem (*vel* super hanc fámulam tuam N. quam) ad rudimenta fidei vocare dignatus es: omnem cæcitatem cordis ab eo (*vel* ab ea) expelle; disrumpe omnes laqueos sátanæ, quibus fuerat colligatus (*vel* colligata): àperi ei, Dómine, januam pietatis tuæ, ut signo sapientiæ tuæ imbutus (*vel* imbuta) omnium cupiditatum fœtóribus careat, et ad suavem odorem præceptorum tuorum lætus (*vel* læta) tibi in Ecclesia tua deserviat, et proficiat de die in diem, ut idòneus (*vel* idònea) efficiatur accedere ad gratiam baptismi tui, percepta medicina. Per eumdem Christum Dòminum nostrum.

Resp. Amen.

Bendiga el sacerdote la sal, si no lo estuviere, en la forma que despues se dirá. y si el catecúmeno fuere gentil, ó viniere de la idolatría á la fé, ántes que se la dé á gustar dirà esta oracion, y si fueren muchos en plural.

OREMUS.

Dòmine Sancte, Pater omnipotens æterne Deus, qui es, qui eras, et qui pèrmanes usque in fidem, cujus origo nescitur, nec finis comprehendi potest: te sùpplices invocamus su-

per hunc fámulum tuum N. quem (*vel* super hanc fàmulam tuam N. quam) liberasti de errore gentilium, et conversatione turpissima: dignare exaudire eum, qui (*vel* eam, quæ) tibi services suas humiliat ad lavacri fontem, ut renatus (*vel* renata) ex aqua, et Spìritu sancto, expoliatus (*vel* expoliata) vèterem hominem, induat novum, qui secundum te creatus est: accipiat vestem incorruptam, et immaculatam, tibique Deo nostro servire mereatur. Per Christum Dòminum nostrum.
Resp. Amen.

Dejando esta oracion, si no fuere gentil, tome la sal entre el pulgar y el índice, y désela á gustar al catecúmeno, diciendo:

N. accipe salem sapientiæ, propitiatio sit tibi in vitam æternam. ***Resp.*** Amen.
Sac. Pax tibi. ***Resp.*** Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

Deus Patrum nostrorum, Deus universæ cònditor veritatis, te sùpplices exoramus, ut hunc fàmulum tuum N. (*vel* hanc fàmulam tuam N.) respìcere digneris propitius, et hoc primum pàbulum salis gustantem, non diutiùs esurire permittas, quòminus cibo expleatur cœlesti, quàtenùs sit semper spìritu fervens, spè gaudens, tuo semper nòmini serviens. Perduc eum (*vel* eam) Dòmine quæ-

sumus, ad novæ regenerationis lavacrum, ut cum fidèlibus tuis promissionum tuarum æterna præmia cònsequi mereatur. Per Christum Dòminum nostrum.
Resp. Amen.

Si fueren muchos se dirá á cada uno:

N. accipe salem sapientiæ, &c. *y la oracion* Deus Patrum nostrorum, &c. *en plural.*

Despues, siendo varon el catecúmeno, le dirà el sacerdote:

Ora electe, flecte gènua, et dic Pater noster; *y si fueren muchos en plural.*

Arrodìllese el catecúmeno y diga el Pater noster, *y habiéndolo acabado hasta las palabras* sed lìbera nos à malo *inclusivé, dirá el sacerdote:*

Leva, comple orationem tuam, et dic: Amen, *y el catecúmeno responderá:* Amen.

El sacerdote le dirá al padrino: signa eum, *y al electo:* Accede. *Y el padrino harà con el pólice la señal de la cruz en la frente del catecúmeno, diciendo:*

In nòmine Patris, et Filij, et Spìritus sancti.

Y despues hace lo mismo el sacerdote, diciendo tambien: In nòmine &c., *y ponga la mano sobre él, usando de plural si fueren muchos, asì en esta oracion que dirá, como en todas las demás.*

OREMUS.

Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob, Deus, qui Mòysi fàmulo tuo in Monte Sinai apparuisti, et filios Israel de terra Ægipti

eduxisti, dèputans eis Angelum pietatis tuæ, qui custodiret eos die, ac nocte: te quæsumus, Dòmine, ut mittere digneris sanctum Angelum tuum de cœlis, qui similitèr custodiat, et hunc fàmulum tuum N. (*vel* hanc fàmulam tuam N.) et perducat eum (*vel* eam) ad gratiam baptismi tui. Per Christum Dòminum nostrum. ***Resp.*** Amen.

EXORCISMUS.

Ergò maledicte diàbole, recognosce sententiam tuam, et da honorem Deo vivo et vero, da honorem Jesu-Christo Filio ejus, et Spirítui sancto, et recede ab hoc fámulo Dei N. quia istum, (*vel* ab hac fámula Dei N. quia istam) sibi Deus, et Dominus noster Jesus-Christus ad suam sanctam gratiam, fontemque baptìsmatis vocare dignatus est, et hoc signum Santæ Crucis, ✠ quod nos fronti ejus damus, tù maledicte diàbole nunquam audeas violare. Per eumdem Christum Dòminum nostrum, qui venturus est judicare vivos et mortuos, et sæculum per ignem. ***Resp.*** Amen.

Despues volverá á decir al catecúmemo lo mismo que ántes: ora electe &c, *con todo lo demas que se dijo, hasta la oracion* Deus Abraham *esclusivé, porque en lugar de ella se dirá la siguiente, poniendo la mano sobre el catecúmeno, y diciéndolo todo en plural si fueren muchos.*

OREMUS

Deus, immortale præsidium omnium postulantium, liberatio sùpplicum, pax rogantium, vita credentium, resurrectio mortuorum, te invoco super hunc fàmulum tuum N. (*vel* hanc fàmulam tuam N.) qui (*vel* quæ) baptismi tui donum petens, æternam cònsequi gratiam spirituali regeneratione desiderat: accipe eum (*vel* eam) Dòmine, et quia dignatus es dicere: Petite, et accipietis; quærite, et invenietis: pulsate, et aperietur vobis: petenti præmium pòrrige, et januam pande pulsanti, ut æternam cœlestis lavacri benedictionem consecutus (*vel* consecuta), promissa tui mùneris regna percipiat. Qui cum Patre, et Spìritu sancto vivis et regnas. Deus in sæcula sculoru m. R*esp.* Amen.

EXORCISMUS.

Audi, maledicte sàtana, adjuratus per nomen æterni Dei, et Salvatoris nostri Jesu-Christi Filii ejus, cum tua victus invidia tremens, gemensque discede; nihil tibi sit commune cum servo Dei N. jam cœlestia cogitante, renuntiaturo tibi, et sæculo tuo, et beatæ inmortalitati victuro. Da igitur honorem advenienti Spìritu sancto, qui ex summa cœli arce descendens, proturbatis fràu-

dibus tuis, divino fonte purgatum pectus sanctificatum Deo templum, et habitàculum perficiat, ut ab òmnibus pènitùs noxiis præteritorum criminum liberatus servus Dei, gratias perenni Deo rìferat semper, et benedicat nomen sanctum ejus in sæcula sæculorum. **R**esp. Amen.

Vuelva á repetir tercera vez, siendo uno el catecúmeno varon, lo mismo que arriba, ora, electe, &c. *y en plural si fueren muchos, hasta la oracion* Deus Abraham, &c. *esclusivé, y poniendo la mano sobre el electo, diga:*

EXORCISMUS.

Exorcizo te immunde spìritus, in nòmine Patris, ✠ et Filij, ✠ et Spìritus ✠ sancti, ut exeas, et recedas ab hoc fàmulo Dei N. Ipse enim tibi ímperat, maledicte damnate, qui pèdibus super mare ambulavit, et Petro mergenti dexteram porrexit.

EXORCISMUS.

Ergò maledicte diàbole recognosce sententiam tuam, et da honorem Deo vivo et vero, da honorem Jesu-Christo Filio ejus, et Spìritui sancto, et recede ab hoc fàmulo Dei N. quia istum (*vel* ab hac fàmula Dei N. quia istam) sibi Deus, et Dòminus noster Jesus-Christus ad suam sanctam gratiam, fontemque baptismatis vocare dignatus est, et hoc

signum sanctæ Crucis, ✠ quod nos fronti ejus damus, tu maledicte diàbole numquam audeas violare. Per eumdem Christum Dòminum nostrum, qui venturus est judicare vivos, et mortuos, et sæculum per ignem.
R*esp.* Amen.

Si las personas que se bautizan fueren mugeres, dirá el sacerdote del mismo modo que arriba, variando el género y en plural si fueren muchas: ora electa, flecte genua, et dic Pater noster, *con todo lo demas hasta la oracion* Deus Abraham, *esclusive, en cuyo lugar dirá la oracion siguiente, poniendo la mano sobre la electa, y si fueren muchas sobre todas.*

ORATIO.

Deus cœli, Deus terræ, Deus Angelorum, Deus Archangelorum, Deus Patriarcharum, Deus Prophetarum, Deus Apostolorum, Deus Màrtyrum, Deus Confesorum, Deus Vìrginum, Deus omnium bene viventium Deus cui omnis lingua confitetur, et omne, genu flectitur cœlestium, terrestrium, et infernorum, te ìnvoco Dòmine, super hanc fàmulam tuam N. ut eam custodire, et perdùcere digneris ad gratiam baptismi tui. Per Christum Dòminum nostrum.
R*esp.* Amen.

Despues diga el exorcismo de arriba: Ergò maledicte diàbole, &c.

Acabado el primer exorcismo volverá á decir á una electa solamente, segunda y tercera vez lo mismo que arriba á los varones: ora electa, flecte gènua, &c. *hasta la oracion* Deus Abraham *inclusive, despues pondrá la mano sobre la electa, y habiéndole hecho tercera vez la señal de la cruz, dirá*

EXORCISMUS.

Exorcizo te inmunde spiritus, per Patrem, ✠ et Filium, ✠ et Spiritum ✠ sanctum, ut exeas et recedas ab hac fàmula Dei N. Ipse enim tibi imperat, maledicte damnate, qui cœco nato òculos aperuit, et quatriduanum Làzarum de monumento suscitavit. Ergò maledicte diàbole, recognosce, &c. ***Como se dijo arriba.***

Despues poniendo la mano sobre la cabeza del electo, y si fueren muchos sobre cada uno, dirá:

OREMUS.

Æternam, ac justissimam pietatem tuam dèprecor Dòmine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, auctor lùminis et veritatis, super hunc fàmulum tuum N. (*vel* super hanc fàmulam tuam N) ut digneris eum (*vel* eam) illuminare lùmine inteligentiæ tuæ, munda eum (*vel* eam) et sanctifica, da ei scientiam veram, ut dignus (*vel* digna) efficiatur accedere ad gratiam baptismi tui, teneat firmam spèm, consilium rectum, doctrinam sanctam,

ut aptus (*vel* apta) sit ad percipiendam gratiam tuam. Per Christum Dòminum nostrum. *Resp.* Amen.

Si fueran muchos los electos, hombres ó mugeres, díganse las oraciones ó exorcismos antecedentes en plural y en su propio género.

Luego el sacerdote con la mano siniestra toma la diestra del electo ó electa cerca del brazo, y le dá una punta de la estola, y le entra en la iglesia diciendo:

N. Ingrèdere (*y si fueren muchos* Ingredimini) in sanctam Ecclesiam Dei, ut accipias (*vel* accipiatis) benedictionem cœlestem à Dòmino Jesu-Christo, et habeas (*vel* habeatis) partem cum illo, et Sanctis ejus.
Resp. Amen.

Habiendo entrado en la iglesia, se postrará el electo en el suelo, y harà oracion, y habiéndose levantado le pondrá el sacerdote la mano sobre la cabeza, y ambos dirán el Credo *y el* Pater noster, *y lo mismo harán todos, si fueren muchos.*

Despues volverá á poner la mano sobre la cabeza del electo ò electos, y dirà:

EXORCISMUS.

Nec te latet, sàtana, imminère tibi pœnas, imminere tibi tormenta, imminere tibi diem judicii, diem supplicii sempiterni, diem qui venturus est velut clìbanus ardens, in quo tibi, atque universis angelis tuis, præparatus

sempiternus erit intèritus. Proinde damnate, atque damnande, da honorem Deo vivo et vero, da honorem Jesu-Christo Filio ejus, da honorem Spiritui sancto Paràclito, in cujus nòmine atque virtute præcipio tibi, quicumque es, spiritus immunde, ut exeas, et recedas ab hoc fàmulo Dei N. quem (*vel* ab hac fàmula Dei N. quam) hodie idem Deus et Dòminus noster Jesus-Christus ad suam sanctam gratiam, et benedictionem, fontemque baptismatis dono vocare dignatus est; ut fiat ejus templum per aquam regenerationis in remissionem omnium peccatorum. In nòmine ejusdem Dòmini nostri Jesu-Christi, qui venturus est judicare vivos, et mortuos, et sæculum per ignem. ***Resp.*** Amen.

Toma el sacerdote saliva con el pólice, y toca las orejas y narices del electo, diciendo al tocar las orejas:

Ephpheta, quod est, Adaperire.

Al tocar las narices.

In odorem suavitatis: tu autem effugare diàbole; appropinquabit enim judicium Dei.

Luego le pregunta al electo.

Sac. Quis (*vel* quæ) *vocaris?*
Cat. N.
Sac. N. Abrenuntias sàtanæ?
Cat. Abrenuntio.

Sac. Et ómnibus operibus ejus?
Cat. Abrenuntio
Sac. Et ómnibus pompis ejus?
Cat. Abrenuntio.

Entonces, tomando con el dedo pólice el oleo de los catécúmenos, le unge primero el pecho y despues las espaldas, diciendo:

Ego te linio Oleo salutis, ✠ in Christo Jesu-Dòmino nostro in vitam æternam.
Resp. Amen.
Sac. Pax tibi. *Resp.* Et cum spíritu tuo.

Límpiese con un algodon el sacerdote, y juntamente los lugares ungidos al catecúmeno, y diga:

Exi immunde spiritns, et da honorem Deo vivo et vero. Fuge immunde spiritus, et da locum Jesu-Christo Filio ejus. Recede immunde Spiritus, et da locum Spiritui sancto Paràclyto.

Si fueren muchos, á cada uno le ungirà en la misma forma.

Despues lleve el sacerdote al catecúmeno al bautisterio, y si el agua no estuviere bendita, se hará la bendicion de ella, como se dirá despues Deje la capa y estola morada, y póngase estola blanca: y estando cerca de la fuente pregunte el sacerdote:

Sac. Quis (*vel* quæ) vocaris?
Cat: N.
Sac. N. Credis in Deum Patrem omnipotentem Creatorem cœli et terræ?
Cat. Credo.

Sac. Credis et in Jesum-Christum Filium ejus únicum Dóminum nostrum, natum et passum?

Cat. Credo.

Sac. Credis et in Spiritum sanctum, sanctam Ecclesiam cathólicam, sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, vitam æternam?

Cat. Credo.

Pregúntele otra vez.

Sac. N. Quid petis?

Cat. Baptismum.

Sac. Vis baptizari?

Cat. Volo.

Entonces el padrino ó madrina, ó ambos si los hubiere, tengan, ó por lo ménos toquen con la mano al electo ó electa, que descubierta la cabeza, y apartadas del cuello las vestiduras, se inclinará á la fuente, y el sacerdote tomando el agua con algun vaso, y echándosela en la cabeza tres veces, en forma de cruz, le bautizará, diciendo:

Ego te baptizo in nomine Patris, ✠ (*aquí echa la primera vez el agua*) et Filij, ✠ (*aquí la segunda*) et Spiritus ✠ sancti. (*aquí la tercera.*)

Si el agua que corre de la cabeza del bautizado no corre inmediatamente al sumidero del bautisterio, recójase en alguna fuente, y despues échese en él.

Cuando son muchos los electos, á cada uno en particular se le hacen las preguntas antecedentes, y se bautiza.

Si son varones y mugeres, primero se han de bautizar aquellos, y luego estas.

Si se dudare racionalmente si está bautizado ó no el electo, diga el sacerdote:

Si non es baptizatus (*vel* baptizata), ego te baptizo in nòmine Patris, ✠ et Filij, ✠ et Spiritus, ✠ sancti.

Despues tomando del crisma el sacerdote con el pólice, unge la parte superior de la cabeza del electo en forma de cruz, diciendo:

Deus omnipotens, Pater Dòmini nostri Jesu-Christi, qui te regeneravit ex aqua, et Spiritu sancto, quique dedit tibi remissionem omnium peccatorum (*aquí unge*), ipse te liniat Chrìsmate salutis, ✠ in eodem Christo Jesu Dòmino nostro in vitam æternam.

Resp. Amen.

Sac. Pax tecum. *Resp.* Et cum spíritu tuo.

Lìmpiese el sacerdote con el algodon el pólice, y la parte ungida del bautizado, y póngale sobre la cabeza el capillo, diciendo:

Accipe vèstem càndidam, et immaculatam, quam pèrferas ante tribunal Dòmini nostri Jesu-Christi ut habeas vitam æternam.

Aquì se desnuda el electo de las vestiduras antiguas, y se viste otras nuevas blancas, ó que por lo ménos lo sean esteriormente; y sì no hubiere otras, póngase la que le diere el sacerdote, el cual le pondrá despues una candela encendida en la mano derecha, diciendo:

Accipe làmpadem ardentem, et irreprehensibilis custodi baptismum tuum: serva Dei mandata, ut cum Dòminus vènerit ad nuptias, possis occurrere ei in aula cœlesti in vitam æternam. *Resp.* Amen.

Tenga el catecúmeno encendida la candela en la mano hasta el fin, si no es que le hayan de confirmar, y dirà el sacerdote:

N. Vade in pace et Dòminus sit tecum.
***Resp.* Amen.**

Si estuviere presente prelado, que legìtimamente pueda administrar à los neófitos el sacramento de la confirmacion, los confirma: y si fuere hora competente, se celebrará misa, á la cual asistan los recien bautizados, y reciban la sagrada Eucaristía.

MODO DE ADMINISTRAR EL BAUTISMO

A LOS INDIOS INFANTES.

Habiendo trahido los padrinos al infante à la iglesia para que le bautizen, y revestido el párroco en la misma forma que para los españoles se advirtió, primeramente sepa si le han bautizado yá, diciendo:

Ayamo akin okicuaateki in piltsintli? *(vease la nota abajo.)*

NOTA. Para simplificar la escritura y facilitar la pronunciacion de lo que se pone en este Manual en lengua mexicana, se usan las letras ch, h, k, y w bajo las siguientes reglas.

1.ª La ch se pronuncia siempre como en castellano.

2.ª La h siempre como jota: nehua, nejua,

3.ª La k como qu: kema, quema.

4.ª La w como gu; por ejemplo: mochiwas, mochiguas, wewe, güegüe, tewilotl, tegüilotl.

5.ª El acento agudo (ˊ) sirve para señalar la sílaba en que debe hacerse mayor fuerza al pronunciar.

En los lugares donde no haya mas de una misa, se dirá la primera oracion de la Vírgen; segunda, del santo del dia; tercera, la que tenga por segunda el cuadernillo; cuarta, la que tenga por tercera, &c.; pero si el santo de quien se reza no tuviere mas que una oracion, entonces la tercera será del Espíritu santo: y aunque se dé conmemoracion de alguna feria ó vigilia, siempre será el último evangelio el de S. Juan por ser votiva. Esta misa no se podrá votivar (sino hay algun privilegio especial) en los dias de primera y segunda clase, infraoctava privilegiada, vigilia de Epifanía, Pentecostés y Natividad de nuestro Señor.

Hay otras misas que corrientemente se llaman de *aquilando* ó *aguinaldo*, las que se dicen en muchos lugares los nueve dias an-

tes del nacimiento de nuestro Señor, y aunque por decreto de la sagrada congregacion (1) estaba mandado que donde fuera costumbre se cantasen dichas misas votivas, aunque ocurriesen en el dia de Santo Tomás apóstol y las dominicas tercera y cuarta de adviento con una sola oracion gloria y credo; pero por otros posteriores (2) está mandado que dichas misas de la Vírgen se canten en los nueve dias antes de la natividad del Señor con tres ó mas oraciones segun las pidiere el dia en la conformidad que se dijo arriba sin gloria (á no ser el sábado) ni credo, prefacio *In veneratione benedicamus Dómino* (si no es sábado) y último evangelio de S. Juan. En estas misas está prohibido, tanto por decreto de la sagrada congregacion, cuanto por providencia diocesana que se toquen sonatas profanas, que mas bien provocan á distraccion que á devocion.

Las otras misas votivas que se cantan *pro re gravi*, deberán ser (si está el Santísimo patente) con tres oraciones; la primera, con su conclusion, del santo á quien se dedica; la segunda, de la causa por la cual se canta v. g. por la guerra, agua, peste, &c., y la tercera

---

(1) 28 de Setiembre de 1658.
(2) 16 de Enero de 1677 y 24 del mismo de 1682.

del Santísimo: si dicha misa ha de servir tambien de conventual, se darán las oraciones siguientes: primera, del santo á quien se dedica, segunda, la del oficio del dia, con sus conmemoraciones si las tiene, de suerte que en penúltimo lugar venga la de la necesidad de aquella misa, y en el último la del Santísimo; pero si no estuviese espuesto, y se hubiese dicho ya la misa conventual, se podrá unir á la primera oracion la de dicha necesidad, bajo de una conclucion. (1) Si dichas misas se dedican á San Miguel, San Pedro, Vírgen de Guadalupe, Concepcion &c., no se dirán la del 29 del Setiembre, 29 de Junio, 12 y 8 de Diciembre, sino que se tomará una de las votivas que tiene puestas el misal, pues por decreto de la sagrada congregacion dado para México (2) está mandado, que fuera de las infraoctavas de dichos santos, no se dén sino las que para este fin pone el misal entre las votivas. En estas, siempre el último evangelio será el de S. Juan, aunque se haya dado conmemoracion de la dominica, feria ó vigilia, el prefacio de la Vírgen *In veneratione*, y el de los otros santos, el comun, si no lo tuviese propio.

---

(1) S. C. R. 8 de Setiembre de 1816.
(2) 12 de Marzo de 1678.

Si estas misas se cantaren en tiempo pascual con ornamento morado, no se encenderá el cirio como no debe encenderse en la de las letanías mayores y menores ni en las de requiem por solemne que sea.

Téngase presente la nota segunda que está al fin del añalejo del año de 1845 que dice así: *Es un abuso que debe corregirse el que los diáconos luego que el sacerdote acaba de decir la misa, celebrada despues de la vigilia, se retiren á la sacristia, dejando al preste solo sin acompañarlo hasta el fin del entierro*, contraviniendo de este modo á lo mandado en este mismo manual, página 152, en donde espresamente se previene que el que hace de subdiácono, de cualquier órden que sea, tome la Cruz y en medio de los ciriales vaya á su lugar respectivo, y entre tanto el diácono acompañe al preste.

Por último, adviertase que en los dias 3.°, 7.° y 30.° debe darse la misa de *In die óbitus*, con sus oraciones respectivas, que están puestas en el misal despues de dicha misa, y que cuando por alguna causa se entierre el cadáver por la tarde, se diga al dia siguiente la misa *In die óbitus*, como si el cuerpo estuviese presente.

El Illmo. Sr. Dr. D. Manuel Fernandez de Santa Cruz, Obispo que fué de esta dió-

cesis de la Puebla de los Angeles, mandó que en toda ella se observara la rúbrica del Ritual de Paulo V. en que se ordena que los eclesiásticos no carguen en los entierros los cadáveres de los seglares, de cualquier estado y dignidad que hayan sido, cuyas palabras son estas: *Laici cádaver, quólibet géneris, aut dignitatis título præditus ille fuerit, clérici ne déferant, sed laici.*

Asimismo mandó dicho Illmo. Sr. que en los entierros, honras y cabos de año, en el tiempo que se cantare la vigilia y misa solemne, no se digan otras misas rezadas: lo primero, por la irreverencia que se sigue de estar unos sentados, y otros vueltas las espaldas á los altares donde se deben celebrar; y lo segundo, por la disonancia que causa el salir los sacerdotes (como acontece en dias dobles) con ornamentos blancos ó colorados, en ocasion que lo principal de la Iglesia está vestido de color negro, por causa del entierro ú honras: y mucho mejor le estará á el alma del difunto que se le anticipen dichos sufragios á la misa solenme y vigilia.

Lo mismo mandó el Illmo. Sr. Dr. D. Victosiano Lopez Gonzalo. Y no habiéndose contrariado esta disposicion por los Illmos. Sres. Obispos que han succedido, queda en todo su vigor y fuerza.

REGLAS GENERALES
PARA LAS BENDICIONES.

Conozca el párroco que bendiciones le pertenece hacer, y cuales tocan de derecho á los Señores Obispos, para que no se arrogue de su propia autoridad, ministerio que pide mayor dignidad que la suya.

En todas las bendiciones que se hacen fuera de la misa, el sacerdote por lo ménos, ha de tener vestida sobrepelliz y estola del color que pide el dia, si no es que en el misal se note otra cosa. Siempre hará las bendiciones en pié, y descubierta la cabeza. Si no se hiciere la bendicion ante el altar, tendrá un ministro la santa Cruz, y á lo ménos debe arder una candela de cera.

En el principio de cada bendicion se dirá:

℣. Adjutorium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum et terram.
℣. Dóminus vobiscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Y luego la oracion propia, una ó muchas segun en su propio lugar se advierte.

Dicha la oracion ú oraciones, rociará con agua bendita la cosa que se bendice, y si hubiere de incensar lo hará sin decir nada.

Cuando el sacerdote ha de hacer alguna bendicion, tenga allí un ministro con acetre de agua bendita, é hisopo, y este manual.

Cuando se hace bendicion, procúrese que no se ponga cosa alguna sobre el altar para bendecirla, de que se siga indecencia, como si fuesen cosas para comer, y así se pondrá lo que fuere de esta calidad sobre una mesa preparada para este fin.

BENDICIONES QUE PUEDEN HACER LOS SIMPLES SACERDOTES.

BENDICION GENERAL

para cualquier cosa que no tiene bendicion particular.

℣. Adjutorium nostrum, &c.
℣. Dóminus vobiscum, &c.

OREMUS.

Immensam clementiam tuam, omnipotens, æterne Deus, humíliter imploramus: ut hanc creaturam N. quam in usum humani géneris tribuisti, bene✠dicere et sancti✠ficare tua pietate digneris: ut sit omnibus eam adhibentibus, salus mentis et corporis: et ubicumque fuerit applicata, tollatur omnis immunditia, et cesset omnis impugnatio spiritualis nequitiæ. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

Rocie la cosa con agua bendita.

BENDICION DEL AGUA

PARA EL USO DE LOS FIELES.

Esta deberá hacerse con estola morada todos los domingos, ménos el de Resurreccion y Pentecostes, donde hay fuente bautismal, pues de esta debe apartarse el sábado anterior para el asperges; (1) *pero si la hace el celebrante antes de salir á hacer el asperges, puede hacerla con la estola del color del dia.* (2)

---

(1) Cuarti. pág. 147. De Benedict.
(2) Ritual Romano.

℣. Adjutorium nostrum, &c.
℟. Qui fecit cœlum, &c.

EXORCISMO DE LA SAL.

Exorcizo te creatura salis per Deum ✠ vivum, per Deum ✠ verum, per Deum ✠ sanctum, per Deum, qui te per Eliseum prophetam in aqua mitti jussit, ut sanaretur sterilitas aquæ: ut efficiaris sal exorcizatum in salutem credentium, et sis omnibus sumentibus te sanitas animæ et corporis: et effugiat atque discedat á loco, in quo aspersum fueris, omnis phantasia, et nequitia, vel versutia diabólicæ fraudis, omnisque spíritus immundus adjuratus per eum, qui venturus est judicare vivos et mortuos, et sæculum per ignem. ℟. Amen.

OREMUS.

Immensam clementiam tuam, omnípotens eternæ Deus, humíliter imploramus: ut hanc creaturam salis, quam in usum géneris humani tribuisti, bene✠dícere et sancti✠ficare tua pietate digneris: ut sit ómnibus suméntibus salus mentis et córporis: et quidquid ex eo tactum, vel respersum fuerit, careat omni immunditia, omníque impugnatione spiritualis nequitiæ. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

EXORCISMO DEL AGUA.

Exorcizo te creatura aquæ in nómine Dei ✠Patris omnipotentis, et in nómine Jesu✠ Christi Filij ejus Dómini nostri, et in virtute Spiritus✠sancti: ut fias aqua exorcizata ad effugandam omnem potestatem inimici, et ipsum inimicum eradicare, et explantare valeas cum ángelis suis apostáticis, per virtutem ejusdem Dómini nostri Jesu-Christi, qui venturus est judicare vivos, et mortuos, et sæculum per ignem. ℟. Amen.

OREMUS.

Deus, qui ad salutem humani géneris, máxima quæque Sacramenta in aquarum substantia condidisti: adesto propitius invocationibus nostris, et elemento huic multímodis purificatiónibus præparato, virtutem tuæ bene✠dictionis infunde: ut creatura tua mysteriis tuis serviens, ad abigendos dœmones, morbosque pellendos, divinæ gratiæ sumat effectum: ut quidquid in domibus, vel in locis fidelium hæc unda respérserit, careat omni immunditia, liberetur á noxa: non illic resideat spiritus péstilens, non aura corrumpens:

discedant omnes insidiæ latentis inimici: et si quid est, quod aut incolumitati habitantium ínvidet aut quieti, aspersione hujus aquæ effugiat: ut salúbritas per invocationem sancti nóminis tui expetita, ab ómnibus sit impugnationibus defensa. Per Dóminum nostrum, &c.

Eche tres veces sal en el agua en forma de cruz, diciendo una vez:

Commixtio salis, et aquæ pariter fiat, in nómine Pa ✠ tris, et Fi ✠ lii, et Spiritus ✠ sancti. ℟. Amen.

℣. Dóminus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Deus invictæ virtutis auctor, et insuperábilis imperii Rex, ac semper mágnificus triumphator: qui adversæ dominationis vires réprimis: qui inimici rugientis sævitiam súperas: qui hostiles nequitias potenter expugnas: te Dómine, trementes et súpplices deprecamur ac pétimus: ut hanc creaturam salis et aquæ dignanter aspicias, benignus illustres, pietatis tuæ rore santífices: ut ubicumque fuerit aspersa, per invocationem sancti tui nóminis, omnibus infestatio immundi spiritus abigatur, terrorque venenosi serpentis procul pe-

llatur: et præsentia sancti Spíritus nobis misericordiam tuam poscéntibus, ubique adesse dignetur. Per Dóminum nostrum, &c. in unitate ejusdem Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

BENDICION DEL AGUA DE SAN IGNACIO
PARA DAR A LOS ENFERMOS.

Desde el principio hasta el fin de esta bendicion, se ha de tener introducida en el agua que se bendice, una reliquia ó medalla de San Ignacio.

En la oracion de este Santo, que es la última, se pone la conclusion, Per Dóminum nostrum, *por dirigirse á Dios Padre y no á Dios Hijo.*

Revestido el sacerdote con sobrepelliz y estola del dia, dice:

℣. Adjutorium nostrum in nómine Dómini
℟. Qui fecit cœlum et terram.
℣. Sit nomen Dómini benedictum.
℟. Ex hoc nunc et usque in sæculum.
℣. Dómine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dóminus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Dómine sancte, Pater omnípotens æterne Deus, qui benedictionis tuæ gratiam ægris infundendo corpóribus, facturam tuam multíplici pietate custodis, ad invocationem nó-

minis tui benignus assiste: ut intercedente B. Ignatio Confessore tuo, fámulos tuos ab ægritúdine liberatos, et sanitate donatos, déxtera tua érigas, virtute confirmes, potestate tuearis, atque Ecclesiæ sanctæ cum omni prosperitate restituas. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Benedic ✠ Dómine hanc aquam, ut sit remedium salutare géneri humano: et per intercessionem B. Ignatii, cujus numisma (*vel* reliquia) in eam immérgitur, præsta: ut quicumque ex illa súmpserint, córporis sanitatem, et ánimæ tutelam percipiant. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

OREMUS.

Confer, benignissime Deus, per contactum numismatis (*vel* reliquiæ) sancti tui Ignatii, aquæ huic virtutem sanandi corpus, et ánimam, pellendique omnia mala ab hoc loco, ejusque íncolis in nómine Patris, ✠ et Filij, ✠ et Spíritus ✠ sancti. Amen.

Deus qui ad majorem tui nóminis gloriam propagandam novo per B. Ignatium subsidio militantem Ecclesiam roborasti: concede, ut ejus auxilio, et imitatione certantes in terris,

coronari cum ipso mereamur in cœlis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum, &c. ℟. Amen.

BENDICION DEL AGUA DE SANTA ROSALIA, PARA LOS ENFERMOS.

Se introduce dentro del agua una reliquia ó medalla de la Santa, y revestido el sacerdote con sobrepelliz y estola del dia, dice:

℣. Adjutorium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum et terram.
℣. Sit nomen Dómini benedictum.
℟. Ex hoc nunc et usque in æsculum.
℣. Dómine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣, Dóminus vobiscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

Deus, qui ad salutem humani géneris, máxima quæque Sacramenta in aquarum substantia condidisti: adesto propitius invocatiónibus nostris, et elemento huic, cui iconem (*vel* reliquiam) sanctæ Vírginis, ac dilectíssimæ sponsæ tuæ Rosaliæ jam infundo, ea intercedente virtutem tuæ benedic✠tionis páriter infunde, ut creatura tua mysteriis tuis serviens ad abigendos dœmones, morbosque pellendos, misericordiæ tuæ sumat

effectum, ut quidquid in ægris corpóribus hæc unda respérserit, liberetur ab ómnibus malis: non illic resideat spiritus péstilens non aura corrumpens, non morbus (N. N.) discedant omnes insidiæ latentis inimici, et si quid est, quod aut incolumitati habitantium ínvidet, aut quieti, sumptione hujus aquæ effugiat, ut salúbritas per intercessionem sanctæ Vírginis tuæ Rosaliæ expetíta, ab omnibus sit impugnatiónibus defensa. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

Bene✠dic Dómine hanc aquam, ut sit remedium salutare géneri humano, et per intercessionem sanctæ Vírginis tuæ Rosaliæ præsta ut quicumque ex illa súmpserint córporis sanitatem, et ánimæ tutelam percipiant. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

ORATIO PRO S. ROSALIA.

Deus qui beatam Rosaliam Vírginem é regálibus mundi delicis in montium solitúdinem transtulisti: concede propitius, ut ejus méritis, et patrocinio á sæculi voluptátibus, in cœlestium amorem transferamur, et ab iracundiæ tuæ flagellis misericórditer liberemur. Per Dóminum nostrum, &c. Amen. In nómine Patris, ✠ et Filij, ✠ et Spíritus ✠ Sancti. Amen.

BENDICION DE LOS ANIMALES
EL DIA DE SAN ANTONIO ABAD.

Revestido el sacerdote con sobrepelliz y estola del dia, dice:

℣. Adjutorium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum et terram.
℣. Dómine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dóminus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Deus refugium nostrum et virtus, adesto piis Ecclesiæ tuæ précibus, auctor ipse pietatis, et præsta, ut, quod fidéliter pétimus, efficáciter consequamur. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

OREMUS.

Omnipotens sempiterne Deus, qui gloriosum beatum Antonium variis tentationibus probatum inter mundi hujus túrbines illæsum transire fecisti, concede famulis tuis, ut, et præclaro ipsius proficiamus exemplo, et á præsentis vitæ perículis ejus méritis, et intercessione liberemur. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

OREMUS.

Benedictionem tuam, Dómine, hæc animalia aecipiant (*vel* hoc animal accipiat) qua corpore salventur (*vel* salvetur) et ab omni malo per intercessionem beati Antonii liberentur (*vel* liberetur.) Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Despues rociélos con agua bendita.

BENDICION DE ANIMALES ENFERMOS.

Revestido el sacerdote con sobrepelliz y estola del dia, dice:

℣. Adjutorium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum et terram.
℣. Dómine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dóminus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Misericordiam tuam, Dómine, súpplices exoramus, ut hæc animalia, quæ gravi infirmitate vexantur, tua bene✠dictione sanentur: extinguatur in eis omnis diabólica potestas, neque ulterius ægrotent: esto eis vitæ defensio, et remedium sanitatis.

Deus qui laborantibus hominibus, etiam de muris animalibus solatia subrogasti; suppli-

citer te rogamus. ut sine quibus non álitur humana conditio, nostris facias úsibus non perire. Per Christum Dóminum nostrum.
℟. Amen.

Rociénse con agua bendita.

BENDICION DE ACEYTE SIMPLE.

Revestido el sacerdote con sobrepelliz y estola morada, dice:

℣. Adjutorium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum et terram.
℣. Dóminus vobiscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

EXORCISMUS.

Exorcizo te creatura olei per Deum Patrem ✠ omnipotentem, qui fecit cœlum et terram, mare, et omnia quæ in eis sunt. Omnis virtus adversarii, omnis incursus, omne phastasma sátanæ eradicare, et effugare ab hac creatura olei, ut fiat omnibus, qui eo usuri sunt, salus mentis et corporis in nómine Dei Patris ✠ omipotentis, et Jesu ✠ Christi, Filii ejus Dómini nostri, et Spiritus sancti ✠ Paráclliti, et in charitate ejusdem Dómini nostri Jesu-Christi, qui venturus est judicare vivos et mortuos, et sæculum per ignem. ℟. Amen.

℣. Dómine exaudi orationem meam.
℟. Et clámor meus ad te veniat.
℟. Dóminus vobiscum.
℣. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Dómine Deus omnípotens, cui astat exércitus Angelorum cum tremore, quorum servitium spirituale cognóscitur, dignare respicere, et bene✠dicere, et sancti✠ficare hanc creaturam olei, quam ex olivarum succo eduxisti, et ex eo infirmos inungi mandasti, quátenus sanitate percepta, tibi Deo vivo et vero gratias ágerent; præsta quæsumus, ut hi, qui hoc oleo, quod in tuo nómine bene✠dícimus, usi fuerint, ab omni languore omnique infirmitate, atque cunctis insidiis inimici liberentur, et cunctæ adversitatis separentur á plásmate tuo, quod pretioso sánguine Filii tui redemisti: ut numquam lædatur á morsu serpentis antiqui. Per eumdem Dóminum, &c.

Rocielo con agua bendita.

BENDICION DEL APOSENTO DEL ENFERMO.

Revestido el sacerdote con sobrepelliz y estola del dia, dice:

℣. Adjutorium nostrum in nómine Dómini.
℣. Qui fecit cœlum et terram.
℣. Dóminus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Bene✠dic Dómine Deus omnípotens, locum istum, ut sit in eo sánitas, cástitas, victoria, fortitudo, humílitas, bónitas, et mansuetudo, plenitudo legis, et gratiarum actio Deo Patri, et Spiritui sancto: et hæc benedictio maneat super hunc locum, et super habitantes in eo. Angeli tuæ lucis eumque, et ejus habitatores custodiant, et defendant contra omnes insidias inimici, si quæ adversa, et contraria sunt ab eo ex hoc loco machinata, et fabricata, auctoritate majestatis tuæ expellant. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

OREMUS.

Propitiare Dómine, supplicationibus nostris, et bene✠dicere digneris locum istum déxtera tua sancta, et omnes, qui in eo commorantur, illumque visitare, et in habitantes gratiam sanitatis impertiri digneris, sicut benedícere dignatus es cubículo, et domui, in qua exceptus fuit hospitio propheta Eliseus: et sicut visitasti, et sanasti socrum Petri. Mitte Dómine, sanctum Angelum tuum de cœlis, qui líberet, et defendat hunc locum ab imminentibus malis, cum omnibus,

qui in eo commorantur, nulláque eos nequitia contrariæ potestatis infestet, sed virtute Spiritus sancti fiat hic tibi débitum, et devota libertate securum servitium. Per Dóminum nostrum, &c. in unitate ejusdem, &c. Amen.

Rociélo con agua bendita.

BENDICION DE TODA BEBIDA.

Revestido el sacerdote con sobrepelliz y estola del dia, dice:

℣. Adjutorium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum et terram.
℣. Dóminus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Dómine Deus, Pater omnípotens, statutor omnium elementorum, et fructuum, qui per Jesum-Christum Filium tuum Dóminum nostrum substantiam hanc in refocillationem sitis, et córporum salutem esse voluisti: te súpplices deprecamur, ut exauditis orationibus nostris, eam tuæ pietatis aspectu sanctí✠fices, atque ita omnium spirituum immundorum ab hac recedat incursio, ut quicumque ex ea súmpserint, ei gratia tuæ benedictionis adveniat, et mala omnia, te propitiante, ab ea procul recedant. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

Rociéla con agua bendita.

BENDICION DE LAS CANDELAS

FUERA DEL DIA DE LA PURIFICACION DE NUESTRA SEÑORA.

Revestido el sacerdote con sobrepelliz y estola del dia, dice:

℣. Adjutorium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum et terram.
℣. Dóminus vobiscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

Domine Jesu Christe, Filii Dei vivi, béne✠dic candelas istas supplicationibus nostris: infunde eis Dómine per virtutem sanctæ Cru✠cis bcnedictionem cœlestem, qui eas ad repellendas ténebras humano géneri tribuisti: talemque benedictionem signáculo sanctæ Cru✠cis accipiant, ut quibuscumque locis accensæ sive pósitæ fuerint, discedant príncipes tenebrarum, et contremiscant, et fugiant pávidi cum ómnibus ministris suis ab habitationibus illis: nec præsumant amplius inquietare aut molestare servientes tibi omnipotenti Deo. Qui vivis, et regnas in sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Rociélas con agua bendita.

BENDICION DE CASA NUEVA.

No es necesario que entren en todas las piezas de las casas, sino que bastará rociar las principales. (1)

Revestido el sacerdote con sobrepelliz y estola del dia, dice:

℣. Adjutorium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum et terram.
℣, Dóminus vobiscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

Te Deum Patrem omnipotentem supplíciter exoramus pro hac domo, et habitatoribus ejus, ac rebus: ut eam bene✠dicere, et sancti✠ficare, ac bonis ómnibus ampliare digneris: tribue eis Dómine de rore cœli abundantiam, et de pinguédine terræ vitæ substantiam, et desideria voti eorum ad effectum tuæ miserationis perducas. Ad introitum ergó nostrum bene✠dícere, et sancti✠ficare digneris hanc domum, sicut benedícere dignatus es domum Abraham, Isaac, et Jacob: et intra parietes domus istius Angeli tuæ lucis inhábitent, eamque et ejus habitatores custodiant. Per Christum Dóminum nostrum.

℟. Amen.

Rocie las piezas con agua bendita.

---

(1) Barruf. tit. 47. números 22 y 23.

BENDICION

DE LOS CORDONES DE SAN BLAS.

Revestido el sacerdote con sobrepelliz y estola del dia, dice:

℣. Adjutorium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum et terram.
℣. Dóminus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Dómine Sancte, Pater omnípotens æterne Deus, per partum Beatissimæ Vírginis Mariæ, et per intercessionem servi tui Blasii, Mártyris tui, atque Pontíficis, et omnium sanctorum bene✠dícere digneris hos funículos, tua sancta spirituali benedictione, ut sint omnibus sumentibus salus mentis et córporis, atque contra omnes morbos, et universas inimicorum insidias tutamen. Per Dóminum nostrum, &c. Et benedictio Dei Patris omnípotentis, ✠ et Filii ✠ et Spiritus ✠ sancti descendat, et maneat super hos funículos. Amen.

Rociélos con agua bendita:

BENDICION DE CUALQUIERA COMIDA.

Revestido el sacerdote con sobrepelliz y estola del dia, dice:

℣. Adjutorium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum et terram.
℣. Dóminus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Bené✠dic Dómine, creaturam istam (N.) ut sit remedium salutare géneri humano, et præsta per invocationem sancti nóminis tui, ut quicumque ex ea súmpserint, córporis sanitatem, et ánimæ tutelam percipiant. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Rociéla con agua bendita.

BENDICION DE LOS CINGULOS
DEL ANGELICO DOCTOR SANTO TOMAS DE AQUINO.

Esta bendicion la puede hacer cualquier simple sacerdote; pero no podrá conceder la indulgencia, por ser esta facultad privativa de los prelados respectivos.

Revestido el sacerdote con sobrepelliz y estola del dia, dice.

℣. Adjutorium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum et terram.
℣. Dóminus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Dómine Jesu-Christe, Filii Dei vivi, puritatis amator et custos, obsecramus immensam

clementiam tuam, ut sicut ministerio Angelorum sanctum Thomam Aquinatem cíngulo castitatis cíngere, atque á labe córporis et ánimæ præservare fecisti: ita ad honorem, et gloriam ejus bene✠dícere, et sancti✠ficare digneris cíngula ista, ut quicumque ipsa circa renes reverenter portáverint, ab omni immunditia mentis, et córporis purificentur, atque in éxitu suo, per manus sanctorum Angelorum tibi digne præsentari mereantur. Qui cum Patre, et Spíritu sancto vivis, et regnas in sæcula sæculorum. Amen.

Rociélos con agua bendita.

BENDICION DE LAS CASAS.

El párroco ú otro sacerdote, queriendo fuera del sábado santo, bendecir y rociar con agua bendita alguna casa particular, ó generalmente todas las de los fieles, revestido con sobrepelliz y estola del dia, dice:

Sac. Pax huic domui.

Resp. Et ómnibus habitántibus in ea.

Despues, rociando las piezas, diga la antífona:

Asperges me Dómine hysopo, et mundabor: lavabis me, et super nivem dealbabor.

Psalm. 50. Miserere mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam.

Gloria Patri, et Filio et Spíritui sancto. Sicut erat in principio, &c.

Se repite la antífona:

Asperges me Dómine hysopo, &c.

℣. Dómine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dóminus vobiscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

Exaudi nos, Dómine sancte, Pater omnípotens, æterne Deus: et míttere digneris sanctum Angelum tuum de cœlis, qui custodiat, foveat, prótegat, vísitet, atque defendat omnes habitantes in hoc habitáculo. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

BENDICION DEL CORDERO PASCUAL.

Revestido el sacerdote con sobrepelliz y estola del dia, dice:

℣. Adjutorium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum et terram.
℣. Dóminus vobiscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

Deus, qui per fámulum tuum Moysen, in liberatione populi tui de Ægypto, agnum occídi jussisti in similitúdinem Dómini nostri Jesu-Christi, et utrósque postes domorum de sánguine ejusdem agni perungi præcepisti: tu bene✠dícere et sancti✠ficare digneris hanc creaturam carnis, quam nos fámuli tui ad laudem tuam súmere desideramus, per Re-

surrectionem ejusdem Dómini nostri Jesu-Christi. Qui tecum vivit et regnat in sæcula sæculorum. Amen.

Rociélo con agua bendita:

BENDICION
DE CUALQUIERA CORREA, CORDON O CUERDA.

Esta bendicion y la siguiente las puede hacer cualquier simple sacerdote; pero no podrá conceder la indulgencia, por ser esta facultad privativa de los prelados respectivos.

Revestido el sacerdote con sobrepelliz y estola del dia, dice:

℣. Adjutorium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum et terram.
℣. Dóminus vobiscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

Omnípotens, sempiterne, et misericors Deus, qui pietatis misericordiam peccatoribus quærentibus veniam, et misericordiam tribuisti: oramus immensam clementiam tuam, ut hanc corrigiam, *vel* chordam, bene✠dícere, et sancti✠ficare digneris, ut quicumque, (*vel* quæcumque,) pro peccatis suis cinctus, (*vel* cincta, fuerit,) et misericordiam tuam imploráverit, veniam, et indulgentiam tuæ sanctæ misericordiæ consequatur. Per Dóminum, &c.

Rocie con agua bendita.

BENDICION
DE CUALQUIER ESCAPULARIO O HABITO.

Revestido el sacerdote con sobrepelliz y estola del dia, dice:

℣. Adjutorium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum et terram.
℣. Dóminus vobiscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

Deus, qui vestimentum singulare ad indumentum æternæ jucunditatis tuis fidelibus promisisti,clementiam tuam supplíciter exoramus, ut hoc indumentum, humilitatem cordis, et mundi contemptum signíficans, quo fámulus tuus (*vel* fámula tua) in sancto, ac firmo propósito vestiri desíderat, propitius bene✠dicas, et castitatis hábitum, quem te inspirante súscipit, te protegente custodiat, ut quem (*vel* quam) sacræ Religionis veste induis temporáliter, beata facias inmortalitate vestiri. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

Rociélo con agua bendita.

Si fueren dos ó mas, se dirá la siguiente:

OREMUS.

Deus, qui vestimentum singulare ad indumentum æternæ jucunditatis tuis fidelibus promisisti, clementiam tuam supplíciter exoramus, ut hæc indumenta humilitatem cordis, et mundi contemptum significantia, quibus fámuli tui (*vel* fámulæ tuæ) in sancto, ac firmo propósito vestiri desíderant propitius bene✠dicas, et castitatis hábitum, quem te inspirante suscipiunt, te protegente custodiant, ut quos (*vel* quas) sacræ Religionis veste induis temporáliter, beata facias immortalitate vestiri. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

BENDICION DE FRUTOS NUEVOS.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum et terram.
℣. Dóminus vobiscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

Bené✠dic Dómine, hos novos fructus (N.) et præsta: ut qui ex eis in tuo sancto nómine vescentur, córporis et ánimæ salute potiantur. Per Christum Dóminum nostrum.
℟. Amen.

Rociélos con agua bendita.

EXORCISMO CONTRA EL FUEGO EN ALGUN INCENDIO.

Este exorcismo está sacado del manual franciscano.

Revestido el sacerdote con sobrepelliz y estola morada, dice:

In nómine Patris, ✠ et Filii, ✠ et Spíritus ✠ sancti. Amen.

℣. Adjutorium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum et terram.
℣. Dómine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dóminus vobiscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

Deus, qui sacerdotibus tuis tantam gratiam conferre dignatus es, ut quidquid in tuo nómine digne, perfectéque ab eis ágitur á te fieri credatur: quæsumus immensam clementiam tuam, ut per virtutem divinitatis, et omnipotentiæ tuæ, per virtutem bene✠dictionis sacerdotalis hunc noxium ignem extínguere, et plebem tuam ab imminente damno liberare digneris. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

Rocie con agua bendita y diga:

Exorcizo te creatura ignis, in nómine Dei Patris ✠ omnipotentis, et in nómine Jesu-Christi ✠ Filii ejus Domini nostri, et in virtute Spíritus ✠ sancti, ut extinguaris, et dis-

síperis, et ad nihilum reducaris. Audi ergo ignis adjuratus per nomen Domini nostri Jesu-Christi, et prótinus recede de loco isto, et non præsumas ultra nocére homini, aut jumento, aut quicumque rei ad usus hominum procreatæ. Nam ego sacerdos Dei, licet indignus, virtute ordinis sacerdotalis præcipio tibi, ut quantocius pro gloria Dei, et sanctorum ejus vim tuam amittas, et in temetipso consumaris. Per eum, qui venturus est judicare vivos et mortuos, et sæculum per ignem. Amen.

Rocie otra vez con agua bendita.

Extinguat te ignis Deus ✠ Pater, extinguat te Deus ✠ Filius, extinguat te Deus ✠ Spíritus sanctus. Destruat te ignis Deus ✠ Pater, destruat te Deus ✠ Filius, destruat te Deus ✠ Spíritus sanctus. Annihilet te ignis Deus ✠ Pater, annihilet te Deus ✠ Filius, annihilet te Deus ✠ Spíritus sanctus. Amen.

Rocie otra vez con agua bendita.

Sanctus Matthæus, Sanctus Marcus, Sanctus Joannes, Sanctus Lucas, qui Christi Evangelium per quatuor mundi partes divulgarunt ipsi suis méritis, et précibus, hunc ignem á término isto, et ab omnibus christianorum finibus, in quatuor mundi partes sine damno fidelium, ab eodem Dómino nostro Jesu-Christo removeri, et expelli obtineant.

Et ego Christi sacerdos, licet indignus, et peccator máximus, non meis méritis, et potentiæ innixus, sed méritis, et potentiæ Dómini nostri Jesu-Christi, præcipio vobis immundissimi spíritus, si forte per vos ipsos seu per vestros ministros: aut quocumque modo hunc ignem excitatis, ut eumdem prótinus extinguatis, et ad nihilum redigatis. Et hoc ipsum præcipio vobis, per ejusdem Dómini nostri Jesu-Christi sanctissimam Incarnationem, dulcissimam Nativitatem, sacratissimum Baptismum, strictissimum Jejunium, dolorosissimam Passionem, amarissimam Mortem, gloriosissimam Ressurrectionem, gaudiosissimam Ascensionem, et tremendissimum Judicium, nec non per mérita B. Vírginis Mariæ, sanctorum Apostolorum, Mártyrum, Confessorum, Vírginum, et omnium sanctorum: ut amoveátis hunc ignem ab hoc loco, et dispergátis eum in locis incultis, ubi non possis nocére homínibus, nec animálibus, nec arbóribus, nec hérbis, nec quibuscumque rebus ad humanos usus deputatis. Per eumdem Dóminum nostrum Jesum-Christum qui venturus est condemnare, et ad ignem infernalem dejícere vos malignos spíritus, et judicare sæculum per ignem.

Rocie con agua bendita.

OREMUS.

Deus infinitæ bonitatis, et clementiæ, qui cum iratus fueris misericordiæ recordaris, qui per preces famulorum tuorum Moysis et Aaron placatus abstulisti plagam incendii á populo tuo: exaudi preces servorum tuorum, et aufer incendium istud quo præmitur.

OREMUS.

Deus, qui ad ostendendam virtutem potentiæ tuæ missisti Angelum tuum, qui excusit flammam ignis de fornáce, et fecit medium fornácis, quasi ventum roris flantem: imploramus immensam bonitatis tuæ clementiam, ut ad amplificandam gloriam nóminis tui, eumdem Angelum míttere dignéris, qui excutiat flammam hanc, et extinguat incendium, quod sævit in bona servorum tuorum. Per Dóminum nostrum, &c.

BENDICION DE LOS GUSANOS DE LA SEDA O SUS HUEVESILLOS, SACADA DEL RITUAL CARMELITANO.

Revestido el sacerdote con sobrepelliz y estola del dia, dice:

℣. Adjutorium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum et terram.
℣. Dóminus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Pétimus ac rogamus, Dómine clementiam tuam, ut hæc sémina vermium óculis tuis serénis aspicias, atque super ea misericordiæ tuæ descendat auxilium, ut tua sancta benedictione muníta, fructífera et superabundantia propter tuæ sanctæ Ecclesiæ, ac sacrorum altarium ornatum, atque humanorum córporum utilitatem, ad plenissimam maturitatem perducantur. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Despues se rocian con agua bendita.

BENDICION DE LOS HUEVOS.

Revestido el sacerdote con sobrepelliz y estola del dia, dice.

℣. Adjutorium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum et terram.
℣. Dóminus vobiscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

Subveniat, quæsumus Dómine, tuæ bene✠dictionis gratia huic ovorum creaturæ, ut cibus sálubris fiat fidelibus tuis, in tuarum gratiarum actione sumentibus, ob resurrectionem Dómini nostri Jesu-Christi, qui tecum vivit et regnat, in sæcula sæculorum. Amen.

Rociélos con agua bendita:

BENDICION DE CUALQUIER LUGAR.

Revestido el sacerdote con sobrepelliz y estola del dia, dice:

℣. Adjutorium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum et terram.
℣. Dómine exaudi orationem meam.
℟. Et clámor meus ad te veniat.
℣. Dóminus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Bené✠dic, Dómine Deus omnípotens, locum istum ut sit in eo sánitas, cástitas, victoria, virtus, humílitas, bónitas mansuetudo, plenitudo legis, et gratiarum actio Deo Patri, et Filio, et Spíritui sancto, et hæc benedictio maneat super hunc locum, et super habitantes in eo nùnc, et semper. ℟. Amen.

Rociélo con agua bendita.

BENDICION DE LA MUGER

CUANDO VA A LA IGLESIA DESPUES DEL PARTO.

Está prohibido se haga esta bendicion en los conventos de religiosas. (1)

Puesta la muger de rodillas junto á la puerta de la Iglesia, con el infante en los brazos, ó sin él, por no ser esta bendicion instituida por la iglesia para la prole sino para

---

(1) Cavallieri. Lib. 4. cap. 13 núm. III.

la muger, (1) *y una candela encendida en la mano derecha, el sacerdote con sobrepelliz y estola blanca se llega á ella, y rociándola con agua bendita, dice:*

Asperges me hysopo, &c.

℣. Adjutorium nostrum in nómine Dómini.

℟. Qui fecit cœlum et terram.

Antíph. Hæc accipiet benedictionem á Dómino.

Psalm. Dómini est terra, et plenitudo ejus, *hasta el fin.*

Acabado el salmo, repite toda la antífona:

Hæc accipiet benedictionem á Dómino, et misericordiam á Deo salutari suo: quia hæc est generatio quærentium Dóminum.

Luego estendiendo una punta de la estola sobre la mano derecha de la muger, la introducirá en la Iglesia, diciendo:

Ingrédere in templum Dei, adora Filium beatæ Mariæ Vírginis, qui tibi fœcunditatem tribuit prolis.

Habiendo entrado, se pone de rodillas delante del altar, y allí hace oracion, dando gracias á Dios por las mercedes que le ha hecho, y el sacerdote dice:

Kyrie éleyson.

Christe éleyson.

Kyrie éleyson.

Pater noster, &c

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

---

(1) Barruf tit. XLIII. número 15.

℟. Sed líbera nos á malo.
℣. Salvam fac ancillam tuam Dómine.
℟. Deus meus sperantem in te.
℣. Mitte ei Dómine auxilium de sancto.
℟. Et de Sion tuere eam.
℣. Nihil proficiat inimicus in ea.
℟. Et filius iniquitatis non apponat nocére ei.
℣. Dómine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobiscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

Omnipotens sempiterne Deus, qui per beatæ Mariæ Vírginis partum fidelium parientium dolores in gaudium vertisti: réspice propitius super hanc fámulam tuam ad templum sanctum tuum, pro gratiarum actione lætam accedentem, et præsta; ut post hanc vitam ejusdem beatæ Mariæ méritis et intercessione, ad æternæ beatitudinis gaudia cum prole sua pervenire mereatur. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Luego la volverá á rociar con agua bendita, diciendo:

Pax, et benedictio Dei omnipotentis Patris, ✠ et Filii, et Spíritus sancti, descendat super te, et maneat semper. Amen.

BENDICION DE LAS MORTAJAS DE SAN FRANCISCO.

Esta bendicion, dice el R. P. Fr. Agustin de Vetancourt, que solo pueden hacerla los guardianes de S. Francisco en sus jurisdicciones. Esto solo se entiende, cuanto al privilegio de aplicar la indulgencia plenaria al difunto, que antes de morir pidió la tal mortaja. Por lo cual, aun quien no tiene tal privilegio, puede bendecirlas, omitiendo lo que va puesto entre paréntesis. Si la mortaja no fuere de S. Francisco, se podrá bendecir con esta bendicion, nombrando en lugar de S. Francisco, al Santo á quien pertenece el hábito.

Revestido el sacerdote con sobrepelliz y estola del dia, dice:

℣. Adjutorium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum et terram.
℣. Dóminus vobiscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

Dómine Jesu-Christe, seminator, et inspirator religiosi propósiti, qui indumentum nostræ carnis pro salute humani géneris suscípere voluisti, et in præsepio vílibus pannis involvi non horruisti: réspice propitius ad preces humilitatis nostræ: et hanc religiosam vestem, et chordam S. Francisci bene✠dícere, et sancti✠ficare digneris: et concede, ut quicumque, ad involvendum suum corpus in morte, illam túlerit, vel petierit, remissionem

peccatorum (per Summos Pontífices Ecclesiæ tuæ concessam) assequatur. Qui vivis et regnas in sæcula sæculorum. Amen.

Rociéla con agua bendita.

BENDICION DE NAVE NUEVA.

Revestido el sacerdote con sobrepelliz y estola morada, (1) *dice:*

℣. Adjutorium nostrum in nómine Dómini.

℣. Qui fecit cœlum et terram.

℣. Dóminus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Propitiare Dómine supplicationibus nostris, et bené✠dic navem istam déxtera tua sancta, et omnes qui in ea vehentur, sicut dignatus es benedícere arcam Noe ambulantem in diluvio: pórrige eis Dómine déxteram tuam sicut porrexisti beato Petro ambulanti supra mare: et mitte sanctum Angelum tuum de cœlis, qui líberet, et custodiat eam semper á perículis universis, cum omnibus, quæ in ea erunt: et fámulos tuos, repulsis adversitatibus, portu semper optábili, cursúque tranquilo tuearis, transactísque, ac recte perfectis negotiis ómnibus, iterato témpore ad propria cum omni gaudio revocare digneris. Qui vivis et regnas, in sæcula sæculorum. Amen.

Rociéla con agua bendita.

---

(4) Barruf. tit. 52. número 7.

BENDICION
DE LOS PANES DE SAN DIEGO.

Revestido el sacerdote con sobrepelliz y estola del dia, dice:

℣. Adjutorium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum et terram.
℣. Dómine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dóminus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Dómine Jesu-Christe, panis Angelorum, panis vivus æternæ vitæ, qui es mirábilis in Sanctis tuis, quique post óbitum beati Dídaci Confessoris tui, manum ejus panem puérulo porrigentem, extra sepulchrum mirabíliter ad ipsius gloriæ manifestationem, apparére fecisti: quæsumus clementiam tuam, ut per intercessionem ejusdem Confessoris tui bene✠dícere digneris panes istos, ut omnes ex eis ob venerationem ejusdem Sancti devote gustantes, córporis, et ánimæ desiderábilem percipiant sanitatem. Per te, Jesu-Christe Salvator mundi, qui vivis et regnas, in sæcula sæculorum. Amen.

OREMUS.

Dómine Jesu-Christe, tuam misericordiam implorantes, supplíciter exoramus: ut bene✠dícere digneris panes istos, sicut magnificentia tua benedixisti quinque panes in deserto: ut omnes ex eis gustantes, inde córporis et ánimæ desideratam percipiant sanitatem, sintque eis remedium salutare, et præsta: per invocationem tui Sanctissimi Nóminis, et per intercessionem beati Dídaci Confessoris tui ut quicumque ex eis súmpserint, córporis sanitatem, et ánimæ tutelam consequantur. Qui cum Patre, et Spiritu sancto vivis et regnas Deus in sæcula sæculorum. ℟. Amen.

OREMUS.

Dómine Jesu-Christe, ægrotantium medicina, et egentium refugium, qui beatum Dídacum Confessorem tuum magna erga pàuperes, et infirmos miseratione decorasti: tribue, quæsumus, fámulis tuis ejus intercessione, hos panes á te benedictos ita devote suscípere, ut omnes qui eis gustáverint, córporis sanitatem, et ánimæ refugium recípere mereantur. Per te, Jesu-Christe Salvator mundi, qui in Trinitate perfecta vivis et regnas, in sæcula sæculorum. Amen

Rociélos con agua bendita.

BENDICION

DE LOS PANES DE SAN NICOLAS.

Revestido el sacerdote con sobrepelliz y estola del dia, dice:

℣. Dómine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dóminus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Dómine Jesu-Christe, qui benedixisti quinque panes in deserto, multíplica super fideles tuos misericordiam tuæ pietatis, quemádmodum fecisti cum pátribus nostris in tua misericordia sperántibus: et bene✠dícere et sancti✠ficare digneris hanc creaturam panis, quam ad subsidium tuorum fidelium tribuisti: quátenus á quocumque sumptus fuerit bene✠dictionis tuæ opulentia repleatur, et gratiarum actione per te in viscéribus eorum santificetur. Per te, Jesu-Christe Salvator mundi, qui vivis et regnas, &c. Amen.

OREMUS.

Dómine sancte, Pater omnípotens sempiterne Deus, qui per potentiam tuam panem istum in forma visíbili tribuisti, et magnitúdine largitatis tuæ humanis úsibus emanare de ségete jussisti: te supplíciter exoramus, ut

hunc panem quem negligentia polluit, sancti Spíritus gratia ad munditiam révocet et sanctí✠ficet, mundet ac puríficet, et turpitúdo cállidi hostis abscedat, ac familiæ tuæ deinceps cum benedictione comestíbilis tribuatur, et comedentium mundentur corda et córpora. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

OREMUS.

Precamur, Dómine Deus, tuæ pietatis clementiam, ut panem istum cœlesti bene✠dictione sanctífices: et ita ex hoc fugare digneris omnem diabólicæ tentationis incursum, ut quicumque ex hoc coméderit, totius virtutis, et sanitatis dulcédine perfruatur, et tibi Sanctificatori et Salvatori omnium gratias cum gaudio et lætitia ágere mereatur. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

OREMUS.

Te igitur supplíciter deprecamur, ut bene✠dícere et sancti✠ficare digneris hanc creaturam panis, ut quicumque ex eo gustáverit, per intercessionem dilecti tui Nicolai consequatur vitam æternam, et extingue ab ómnibus digne sumentibus, si quid veneni, si

quid mortíferæ operationis fuerit, et clementer eos defende. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

OREMUS.

Deus et Pater Dómini nostri Jesu-Christi, cujus verbo cœli firmati sunt, cui omnia súbdita sunt, cui omnis creatura deservit, et potestas subjecta est, et metuit et expavescit: nos te ad auxilium provocamus, cujus audito nómine serpens conquiescit, et draco fugit, silet vípera, et omnia venenata, et adhuc fortia animalia reptantia noxia terrentur, et omnes adversæ salutis humanæ radíces arescunt. Te ergo Dómine, supplíciter deprecamur, ut bene✠dícere et sancti✠ficare digneris hanc creaturam panis, ut quisquis ex hoc coméderit, per intercessionem dilecti filii tui Nicolai vitam æternam consequatur. Per Dóminum nostrum, Jesum-Christum Filium tuum Qui tecum vivis et regnat in unitate Spíritus sancti Deus per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Antiph. Nicolaus verus Christi paúper, virgo á Deo electus, obedientiam júgiter servans, Eremitarum ordinem signis, et virtutibus decoravit.

℣. Ora pro nobis B. Nicolae

℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

OREMUS.

Populum tuum, quæ súmpsimus Sacramenta custodiant: ut qui S. Nicolai Confessoris tui júgiter implorant auxilium, petitionum suarum salutarem consequantur effectum. Per Dóminum nostrum, &c.

En cuaresma en lugar de esta oracion, se dice la siguiente:

OREMUS.

Concede quæsumus, omnípotens Deus, ut Ecclesia tua, quæ in fine sæculorum ineffábili providentia B. Nicolai Confessoris tui virtutum, et miraculorum magnitudine coruscat, ipsius méritis, et intercessione, eliminátis erroribus perpetua, pace, ac unitate lætetur. Per Christum, &c. Amen.

BENDICION
DE LOS PANES DE SAN BLAS OBISPO Y MARTIR.

TOMADA DEL SACERDOTAL ROMANO.

Revestido el sacerdote con sobrepelliz y estola del dia, dice:

℣. Adjutorium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum et terram.
℣. Dómine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dóminus vobiscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

Omnípotens, et mitíssime Deus, qui omnium mundi rerum diversitátes solo verbo creasti, et ad hominum reformationem illud idem Verbum, per quod facta sunt omnia incarnari voluisti, qui magnus es, immensus, terríbilis, atque laúdabilis, et faciens mirabilia, pro cujus Fidei confesione, gloriosus Martyr, et Póntifex Blasius diversorum tormentorum génera non pavescens, martyrii palmam felíciter est adeptus; quique eidem inter cœteras gratias, hanc prærogativam contulísti, ut quoscumque gútturis morbos tua virtute curaret: majestatem tuam supplíciter exoramus, ut non inspectu nostri reatus, sed ejus placatus méritis, et précibus, hanc creaturam panis bene✠dícere, et sancti✠ficare tua venerábili pietate digneris, tuam gratiam infundendo, ut omnes, qui ex eo bona fide gustáverint, á quocumque gútturis morbo gravatos se sénserint ipsius passione, et méritis liberentur, et in Ecclesia sancta tua sani, et hilares tibi gratiarum réferant actiones, et laudent Nomem tuum gloriosum quod est benedictum in sæculum. Per eumdem Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Rociélos con agua bendita:

BENDICION

DE LAS PALMAS DE SAN PEDRO MARTIR.

Esta bendicion la puede hacer cualquier simple sacerdote; pero no podrá conceder la indulgencia, por ser esta facultad privativa de los prelados respectivos.

Revestido el sacerdote con sobrepelliz y estola del dia, dice:

℣. Adjutorium nostrum in nomine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum et terram.
℣. Dóminus vobiscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

Exaudi preces tuorum fidelium, omnípotens Deus, et sicut Moysi fámulo tuo in Elim, ubi erant septuaginta palmæ, et duódecim fontes aquarum, propitius adfuisti; in solemnitate sanctissimi Petri Mártyris tui, quam hodie cólimus, adstanti devoto pópulo tuo adesse tua immensa pietate digneris: et has palmas, quas in honorem tui nóminis, et pro reverentia ejusdem tui præfati Mártyris suscípere anhelat, bene✠dícere digneris: ut in quibuscumque locis, dómibus, hortis, vineis, nemóribus, vel agris fuerint collocátæ, tuam largam cónsequi benedictionem, benignamque custodiam, habitatores, possessoresve mereantur: atque omnis advérsitas, fulgur, et tempestates malignorum spírituum per inter-

cessionem, et mérita ejusdem sancti Petri Mártyris diffugiant, et ad nihilum redigantur: quátenus fideles de tua gratuita misericordia confidentes, et palmas devotis manibus suscipientes, et quibusvis locis eis visum fuerit, collocantes, tam ipsi, quam eorum boni ab omni incursu, et infestatione nequissimorum dœmonum, ineffábili tua clementia protegantur, et ejusdem beatissimi Petri Mártyris assiduo patrocinio salutem mentis, et córporis cónsequi mereantur. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

Rociélas con agua bendita.

BENDICION DEL PAN.

Revestido el sacerdote con sobrepelliz y estola del dia, dice:

℣. Adjutorium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum et terram.
℣. Dóminus vobiscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

Dómine Jesu-Christe, panis Angelorum, panis vivus æternæ vitæ, bene✠dícere dignare panem istum, sicut benedixisti quinque panes in deserto; ut omnes ex eo gustantes, inde córporis, et ánimæ percipiant sanitatem. Qui vivis et regnas, &c.

Rociélo con agua bendita:

BENDICION DE ROSARIO O CORONA.

Esta bendicion la puede hacer cualquier simple sacerdote; pero no podrá conceder la indulgencia, por ser esta facultad privativa de los prelados respectivos. Por lo cual, aun quien no tiene tal privilegio, puede bendecirlos, omitiendo lo que va puesto entre paréntesis.

Revestido el sacerdote con sobrepelliz y estola del dia, dice:

℣. Adjutorium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum et terram.
℣. Dóminus vobiscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

Omnípotens, et misericors Deus, qui propter eximiam charitatem tuam, qua dilexisti nos, Dóminum nostrum Jesum-Christum de cœlis, in terram descéndere, et Beatissimæ Vírginis Mariæ útero sacratissimo, Angelo nuntiante, carnem suscípere, Crucemque ac mortem subire, et tertia die á mortuis gloriose resúrgere voluisti, ut nos erípperes de potestate diáboli: obsecramus clementiam tuam, ut hæc signa Rosarii (*vel* Coronæ), in honorem, et laudem ejusdem Genitricis Filii tui ab Ecclesia tua fideli dicata, bene✠dicas, et sancti✠fices: èique tantam Spíritus sancti infundas virtutem, ut quicumque quódlibet secum portáverit, atque in domo sua reveren-

ter habuerit, et in eis ad te (secundum sanctæ societatis instituta) divina contemplando mysteria devote oráverit: salúbri et perseverante devotione abundet (sitque concors, et párticeps omnium gratiarum, quæ eidem sanctæ societati, per Sanctam Sedem Apostólicam concessa fuerunt) et ab omni hoste visibili et invisibili semper et ubique, in hoc et futuro sæculo liberetur, et in éxitu suo ab ipsa Beata Vírgine María Deigenitrice tibi plenus bonis opéribus præsentari mereatur.

Per eumdem, &c.

Si se bendijere un rosario solo, ó una corona, se dirá esta oracion en singular.

Despues los rociará con agua bendita.

BENDICION
DE LAS REDES PARA PESCAR.

Revestido el sacerdote con sobrepelliz y estola del dia, dice:

℣. Adjutorium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum et terram.
℣. Dóminus vobiscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

Omnípotens sempiterne Deus, qui ad sustentationem géneris humani innúmeris píscibus mare replevisti: et hominis piscatoris tam benignis óculis respexisti, ut eos in præcipuos Apóstolos tuos vocatione tua sancta

elégeris: súpplices te, Dómine, deprecamur ac pétimus, ut bene✠dícere digneris hæc retia, quæ sibi fámuli tui in vitæ suæ, et suorum remedium construxérunt, sicut benedícere dignatus es retia Simonis Petri, et præsta, per intercessionem beatissimæ et gloriosissimæ semper Virginis Mariæ, et ejusdem Simonis Petri, et aliorum Apostolorum ac Sanctorum tuorum: ut quicumque ea in Nomine sancto tuo laxáverint in capturam, copiosam concludant piscium multitudinem, sicque de tui múneris largitate lætantes, gratiarum tibi, cunctorum bonorum auctori, réferant actiones. Qui vivis, et regnas cum Deo Patre &c.

Rociélas con agua bendita.

BENDICION
DE LAS SEMILLAS PARA SEMBRAR.

Revestido el sacerdote con sobrepelliz y estola del dia, dice:

℣. Adjutorium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum et terram.
℣. Dóminus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Deus, qui divini oris tui imperio germinare terram herbam virentem, et facientem fru-

ctum in mundi principio præcepisti: qui solus potens es dare panem comedenti, et semen seminanti: réspice propitius ad nostræ precámina servitutis, ut hoc semen, quod coram tuis altaribus fideli devotione protúlimus, tua benedictione ✠ sanctificatum, et gratia multiplicatum tuæ exúberet fructibus largitatis. Per Christum, &c. ℟ Amen.

Rociélas con agua bendita.

BENDICION DEL TALAMO.

No se entiende solo el lecho, sino tambien las piezas destinadas para los novios. (1)

Revestido el sacerdote con sobrepelliz y estola del dia, dice:

℣. Adjutorium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum et terram.
℣. Dóminus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Béne✠dic Dómine, thálamum hunc: ut omnes habitantes in eo, in tua pace consistant, et in tua voluntate permaneant, et senescant, et multiplicentur in longitudinem dierum, et ad regna cœlorum perveniat. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Rociélo con agua bendita.

---

(1) Barruf. tit. 51. número 2.

BENDICION DE LA TIERRA
SEMBRADA O PLANTADA.

Revestido el sacerdote con sobrepelliz y estola del dia, dice:

℣. Adjutorium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum et terram.
℣. Dóminus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Bene✠dicat nos Deus, Deus noster, et terræ nostræ ubertatem concedat, in céntuplum amplíficet fructus ejus, ut venientes in exultatione manípulos nostros colligamus. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Rociéla con agua bendita.

BENDICION DEL VELO.

Revestido el sacerdote con sobrepelliz y estola del dia, dice:

℣. Adjutorium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum et terram.
℣. Dóminus vobiscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

Béne✠dic, quæsumus omnípotens Deus, velamen istud, famulæ tuæ cápiti imponendum, ut in eam benedictio tuæ benignitatis descendat; et ut sit in ea sánitas, sánctitas, cástitas,

virtus, victoria, sanctimonia, humílitas, bónitas et mansuetudo, legis plenitudo et obedientia Dei Patris, et Filii, et Spiritus sancti adsit semper bene✠dictio. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Rocielo con agua bendita.

Si fueren dos ó mas se dirá la siguiente

OREMUS.

Béne✠dic quæsumus omnípotens Deus velamenta ista famularum tuarum capítibus imponenda, ut in eas benedictio tuæ benignitatis descendat, et ut sit in eis sánitas, sánctitas, cástitas, virtus, victoria, sanctimonia, humílitas, bónitas et mansuetudo, legis plenitudo et obedientia Dei Patris, et Filii, et Spiritus sancti adsit semper bene✠dictio. Per Christum Dóminum nostrum. ℟ Amen:

BENDICION DE LAS VELAS PARA BIEN MORIR.

SACADA DEL MANUAL FRANCISCANO.

Revestido el sacerdote con sobrepelliz y estola del dia, dice.

℣. Adjutorium nostrum in nómine Dómini.

℟. Qui fecit cœlum et terram.

℣. Dóminus vobiscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

Dómine Jesu-Christe, lux vera, qui illúminas omnem hominem venientem in hunc

mundum, effunde per intercessionem Vírginis Mariæ Matris tuæ, et per quíndecim ejus Rosarii mysteria bene✠dictionem, tuam super hos cereos, et candelas, et sanctífica eas lúmine tuæ gratiæ: et concede propitius, ut sicut hæc luminaria igne visíbili accensa nocturnas depellunt ténebras, ita corda nostra invisíbili igne, ac Spíritu✠sancti splendóre illustrata, omnium vitiorum cæcitate careant: ut puro mentis óculo cérnere semper possímus, quæ tibi sunt plácita, et nostræ saluti utilia: quátenus post hujus sæculi caliginosa discrímina ad lucem indeficientem pervenire mereamur. Qui vivis et regnas Deus, in sæcula sæculorum Amen.

Rociélas con agua bendita.

BENDICIONES QUE PUEDEN HACER LOS PARROCOS O SUS DELEGADOS.

BENDICION DE LOS CAMPOS
y aguas infestados de langostas y otros animales nocivos.

Revestido el sacerdote con sobrepelliz y estola morada, dice:

℣. Adjutorium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum et terram.
℣. Dómine exaudi orationem meam.
℟. Et clámor meus ad te veniat.
℣. Dóminus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Preces nostras, quæsumus Dómine, clementer exaudi: ut qui juste pro peccatis nostris afflímur, et hanc vermium seu murium, aut locustarum, vel aliorum animálium calamitatem pátimur, pro tui nóminis gloria ab ea misericórditer liberemur: ut per potentiam tuam expulsa, nulli noceant, et hos agros, víneas aut aquas intacta dimittant, quátenus, quæ ex eis orta fuerint, tuæ majestati deserviant. Per Christum Dóminum nostrum.

℞. Amen.

OREMUS.

Omnípotens, sempiterne Deus, bonórum ómnium auctor et conservator, in cujus nómine omne genufléctitur cœlestium, terrestrium, et infernorum: concede, ut quod de tua misericordia cónfisi ágimus, per tuam gratiam, efficacem consequamur effectum, quátenus hos vermes mures, aves, locustas, aut alia animália noxia segregando ségreges, exterminando extermínes; ut ab ista calamitate liberati, gratiarum actiones majestati tuæ referamus. Per Christum Dóminum nostrum.

℞. Amen.

OREMUS.

Deus qui famulorum tuorum Moysi, et Aaronis ministerio ab Ægyptiis, pro gloria nóminis tui locustas, bruchos, cínifes, aliásque plagas (scílicet justitiæ tuæ in peccatores flagella) avertisti, á filiis quoque Israel prohibuisti, á pópulo in te credente símiles calamitates aufer; ut potentiam tuam, et beneficentiam prædicémus. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

OREMUS.

Largire, et conservare fructus terræ, dignáre Dómine Deus noster: ut temporálibus gaudeamus auxiliis, et proficiamus spiritualibus incrementis. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

OREMUS.

Oramus te Dómine Deus noster ut hos agros, aut víneas, serenis óculis, hilaríque vultu respícere digneris, tuamque super eos mitte bene✠dictionem: ut non grando subripiat, non turbo subvertat, non vis tempestatis detruncet, non æstus exúrat, non animália noxia comedant, neque inundatio pluviæ

exterminet, sed fructus incólumes, uberésque usui nostro ad plenam maturitatem perducas. Per Christum Dóminum nostrum.

Benedictio Dei omnipotentis, Pa✠tris, et Fi✠lii, et Spíritus ✠ sancti, descendat, et maneat super hos agros, aut vineas, et eorum fructus. ℟. Amen.

Y PARA LAS AGUAS INFECTAS.

OREMUS.

Dómine Jesu-Christe, qui Jordanis flumen benedixisti, et in eodem baptizatus aquas purificasti, ut elementum salúbre efficeretur in remissionem peccatorum; has aquas quoque bene✠dícere, et sancti✠ficare digneris, ut nihil in eis noxium, nihil péstilens, nihil corrumpens maneat, sed omnia pura, et munda in eis efficiantur: ut quæ ad usum hominum, ex eis creata sunt, cum gloria tua, et salute nostra sumamus. Per Christum &c.

Rociélos con agua bendita.

BENDICION DE LAS CASAS
EN EL SABADO SANTO.

El párroco ú otro sacerdote, vestido con sobrepelliz y estola blanca, visita las casas de su parroquia rociándolas con el agua bendita de la fuente antes de echarle el crisma. Y entrando en la casa dirá:

Pax huic domui, et omnibus habitantibus in ea.

Luego rociando los principales lugares de la casa, irá diciendo:

Vidi aquam egredientem de templo á látere dextro, alleluja: et omnes, ad quos pervénit aqua ista, salvi facti sunt alleluja, alleluja.

Psalm. Confitémini Dómino, quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia ejus.

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui sancto.

Sicut erat in principio, &c.

Y se repite la antífona:

Vidi aquam egredientem, &c.

Y despues se dirá:

℣. Ostende nobis Dómine misericordiam tuam, Alleluja.
℟. Et salutare tuum da nobis, Alleluja.
℣. Dómine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dóminus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Exaudi nos, Dómine sancte, Pater omnípotens æterne Deus, et sicut domos Hebræorum in éxitu de Ægypto agni sánguine linitas (quod Pascha nostrum, in quo immolatus est Christus, figurabat) ab Angelo percutiente custodisti: ita míttere dignéris sanc-

tum Angelum tuum de cœlis, qui custodiat, foveat, prótegat, vísitet atque defendat omnes habitantes in hoc habitáculo. Per eumdem Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Si se quiere bendecir alguna casa fuera del Sábado santo, hágase como está dicho en el folio 201.

BENDICION
DE LOS FRUTOS Y VIÑAS DE LA TIERRA.

Revestido el párroco ó el sacerdote con sobrepelliz y estola del dia, dice:

℣. Adjutorium nostrum in nomine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum et terram.
℣. Dómine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobiscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

Oramus pietatem tuam, omnípotens Deus, ut has primitias creaturæ tuæ, quas aeris et plúviæ temperamento nutrire dignatus es, bene✠dictionis tuæ imbre perfundas, et fructus terræ tuæ usque ad maturitatem perducas: tribuas quoque pópulo tuo de tuis munéribus tibi semper gratias ágere, ut á fertilitate terræ esuriéntium ánimas bonis effluéntibus répleas, et egénus et páuper laudent nómen gloriæ tuæ. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Rociélos con agua bendita.

OTRA BENDICION

contra los topos, langosta, pulgón y otros gusanos.

El Señor Benedicto XIV. Institucion 47. considerando que otras bendiciones contra estos insectos, aunque piadosas y bien compuestas, son algo largas, propone al número 20 una mas breve, y llena de piedad, de que usó algunas veces el Señor Benedicto XIII. para libertar el campo romano de la plaga de estas perniciosas bestezuelas.

Revestido el párroco ó el sacerdote con sobrepelliz y estola morada, dice:

Aña. Exurge Dómine, ádjuva nos, et líbera nos propter nomen tuum.

Psalm. Deus áuribus nostris audívimus, patres nostri annuntiaverunt nobis. Gloria Patri, &c. *y se repite la Antiphona*, Exurge, Dómine, &c.

℣. Adjutorium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum et terram.
℣. Dómine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dóminus vobiscum.
℟ Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

Preces nostras, quæsumus, Dómine, clementer exaudi, ut qui juste pro peccatis nostris afflígimur, et hanc murium (*vel* locustarum, *vel* vermium) persecutionem pátimur, pro tui nóminis gloria ab ea misericórditer

liberemur, ut tua potentia procul expulsi (*vel* expulsæ) nulli noceant, et campos agros que nostros in tranquilitate, ac quiete dimittant, quátenus ex eis surgentia, et orta tuæ majestati deserviant et nostræ necessitati subveniant. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

OREMUS.

Omnípotens sempiterne Deus, omnium bonorum remunerator, et peccatorum máximus miserator, et in cujus nomine omnia genuflectuntur cœlestia, terrestria, et infernalia, tua potentia nobis peccatoribus omnipotenter concede, ut quod de tua misericordia cónfisi ágimus, per tuam gratian efficacem consequamur effectum: quátenus hos pestíferos mures (*vel* locustas, *vel* vermes) per nos servos tuos maledicendo maledicas, segregando ségreges, exterminando extermines, ut, per tuam clementiam, ab hac peste liberati, gratiarum actiones majestati tuæ líbere referamus. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Exorcizo vos pestíferos mures, (*vel* locustas, *vel* vermes) per Deum Patrem omnipotentem ✠, et Jesum Christum, Filium ejus ✠, et Spiritum sanctum ab utroque proce-

dentem ✠, ut confestim recedatis á campis, et agris nostris, nec amplius in eis habitetis, sed ea loca transeatis, in quibus némini nocére possítis; pro parte omnipotentis Dei, et totius Curiæ cœlesti, et Ecclesiæ sanctæ Dei vos maledicens, ut quocumque iéritis, sitis maledicti (*vel* maledictæ) deficientes de die in diem in vos ipsos (*vel* ipsas) et decrescentes, quátenus, reliquiæ de vobis nullo in loco inveniantur, nisi necessariæ ad salutem, et usum humanum. Quod præstare dignetur, qui venturus est judicare vivos, et mortuos, et sæculum per ignem. ℞. Amen.

Rociénse con agua bendita los lugares infestados.

BENDICION DE LOS PEREGRINOS QUE VAN A LOS LUGARES SANTOS.

La misa debe decirla el párroco, y por lo mismo á el toca la bendicion. (1)

Segun el uso de la primitiva Iglesia, debieran los peregrinos que van á los lugares santos, sacar patentes ó letras comendaticias del ordinario, ò sus párrocos, las cuales alcanzadas, y dispuestas todas sus cosas, habiéndose confesado, comulgado y oido misa, que será votiva, con ornamento morado, si el dia lo permitiere, (2) *estando al fin de ella puestos de rodillas, dirá el sacerdote la antífona:* In viam pacis, *y el cantico:* Benedictus Dóminus, &c. *como en el folio* 148, *con* Gloria Patri, *y luego la antìfona:*

---

(1) Catalan. tit. 8.° cap. 11.
(2) Barruf. tit. 54 núm. 25.

In viam pacis, et prosperitatis dírigat vos omnípotens et misericors Dóminus: et Angelus Ráphael comitetur vobiscum in via, ut cum pace, salute, et gaudio revertámini ad propia.

Kyrie éleyson
Christe éleyson.
Kyrie éleyson.
Pater noster, &c.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed líbera nos á malo.
℣. Salvos fac servos tuos.
℟. Deus meus sperantes in te.
℣. Mitte eis Dómine auxilium de sancto.
℟. Et de Sion tuére eos.
℣. Esto eis Dómine turris fortitúdinis.
℟. A facie inimici.
℣. Nihil proficiat inimicus in eis.
℟. Et filius iniquitatis non apponat nocére eis.
℣. Benedictus Dóminus die quotidie.
℟. Prósperum iter faciat nobis Deus salutarium nostrorum.
℣. Vias tuas Dómine demonstra nobis.
℟. Et sémitas tuas édoce nos.
℣. Utinam dirigantur viæ nostræ.
℟. Ad custodiendas justificationes tuas.
℣. Erunt prava in directa.
℟. Et áspera in vias planas.

℣. Angelis suis Deus mandavit de te.
℟. Ut custodiant te in ómnibus viis tuis.
℣. Dómine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dóminus vobiscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

Deus, qui filios Israel per maris medium sicco vestigio ire fecisti, quique tribus Magis iter ad te, stella duce, pandisti: tribue eis quæsumus, iter prósperum, tempúsque tranquillum: ut Angelo tuo sancto cómite, ad eum quo pergunt locum, ac demum ad æternæ salutis portum felíciter valeant pervenire.

Deus, qui Abraham puerum tuum de Ur Chaldæorum eductum, per omnes suæ peregrinationis vias ilæsum custodisti: quæsumus, ut hos fámulos tuos custodire digneris: esto eis Dómine in procinctu suffragium, in via solatium, in æstu umbráculum, in pluvia et frígore tegumentum, in lassitúdine vehículum, in adversitate præsidium, in lúbrico báculus, in naufragio portus: ut te duce, quo tendunt próspere perveniant, et demum incólumes ad propria revertantur.

Adesto, quæsumus Dómine, supplicationibus nostris: et viam famulorum tuorum in salutis tuæ prosperitate dispone: ut inter omnes viæ et vitæ hujus varietates, tuo semper protegántur aúxilio.

Præsta quæsumus omnípotens Deus, ut familia tua per viam salutis incedat, et beati Joannis Præcursoris hortamenta sectando, ad eum, quem prædixit, secura perveniat Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum.

Exaudi Dómine preces nostras, et iter famulorum tuorum propitius comitáre, atque misericordiam tuam, sicut ubíque es, ita ubíque largire, quátenus á cunctis adversitatibus tua opitulatione defensi, gratiarum tibi réferant actionem. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Pax et benedictio ✠ Dei omnipotentis Patris, et Filii, et Spiritus sancti descendat super vos, et maneat semper. Amen.

Rociėlos con agua bendita. Si fuere uno solo el peregrino dígase todo en singular: y si el sacerdote que dá la bendicion acompañare á los que peregrinan, se dirá en primera persona de plural.

BENDICION DE LOS PEREGRINOS
CUANDO VUELVEN DE SU PEREGRINACION.

Revestido el párroco ó sacerdote con sobrepelliz y esto la morada, (1) *dice:*

℣. Adjutorium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum et terram.

Antífona Ecce sic benedicetur homo, qui timet Dóminum.

Luego dígase el Salmo: Beati omnes *como en el folio* 136. *Y repítase la Antífona:* Ecce sic benedicetur, &c.

Despues dígase:

Kyrie éleyson.
Christe éleyson.
Kyrie éleyson.
Pater noster. &c.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed líbera nos á malo.
℣. Benedicti, qui veniunt in nómine Dómini.
℟. Benedicti vos á Dómino, qui fecit cœlum, et terram.
℣. Réspice Dómine in servos tuos, et in ópera tua
℟. Et dírige eos in viam mandatorum tuorum.

---

(1) Barruf. tit. 55. números 6 y 7.

℣. Dómine exaudi orationem meam.
℟. Et clámor meus ad te veniat.
℣. Dóminus vobiscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

Largire, quæsumus Dómine, fámulis tuis indulgentiam placatus, et pacem: ut páriter ab omnibus mundentur offensis, et secura tibi mente deserviant.

Omnípotens sempiterne Deus, nostrorum témporum, vitæque dispósitor, fámulis tuis continuæ tranquillitatis largire subsidium, ut quos incólumes propriis labóribus reddidisti, tua facias protectione securos.

Deus humilium visitator, qui nos fraterna dilectione consolaris, prætende societati nostræ gratiam: ut per eos, in quibus hábitas, tuum nobis sentiamus adventum. Per Dóminum nostrum, &c. ℟. Amen.

Rociélos con agua bendita, diciendo:

Pax et benedictio ✠ Dei omnipotentis, Patris, et Filii, et Spiritus sancti descendat super vos, et maneat semper. Amen.

BENDICIONES QUE PUEDEN HACER
LOS SEÑORES OBISPOS O SUS DELEGADOS.



BENDICION DE LA BANDERA MILITAR.

TOMADA DEL PONTIFICAL ROMANO.

Teniendo delante un ministro la bandera, el Señor Obispo ó el sacerdote, con estola del dia, dice:

℣. Adjutorium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum et terram.
℣. Dóminus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Omnípotens sempiterne Deus, qui es cunctorum benedictio, et triumphantium fortitudo, réspice propitius ad preces humilitatis nostræ: et hoc Vexillum, quod béllico usui præparatum est, cœlesti bene✠dictione sanctífica: ut contra adversarias, et rebélles nationes sit válidum, tuoque munímine circumséptum, sitque inimicis Christiani pópuli terríbile, atque in te confidentibus solidamentum, et certa fiducia victoriæ. Tu enim es Deus, qui cónteris bella, et cœlestis præsidii sperantibus in te præstas auxilium. Per únicum Filium tuum, Christum Dóminum nostrum, qui tecum, &c. ℟. Amen.

Rociéla con agua bendita: y despues teniendo arrodillado ante si al que la ha de recibir, se la entrega, diciendo:

Accipe Vexillum, cœlesti benedictione sanctificatum: sitque inimicis pópuli Christiani terríbile; et det tibi Dóminus gratiam, ut ad ipsius nomen et honorem cum illo hostium cúneos potenter pénetres incólumis et securus.

BENDICION DE LOS CORPORALES.

Al hacer esta bendicion, debe estar unida la hijuela cuadrada (parva palla,) *que debe ser enteramente de lino, como lo declaró la sagrada congregacion de ritos.* (1)

El Señor Obispo ó el sacerdote con estola blanca, dice:

℣. Adjutorium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum et terram.
℣. Dóminus vobiscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

Clementíssime Dómine, cujus inenarrábilis est virtus, cujus mysteria arcanis mirabílibus celebrantur: tribue quæsumus, ut hoc linteámen tuæ propitiationis bene✠dictione sanctificetur ad consecrandum super illud Corpus, et Sánguinem Dei et Dómini nostri Jesu-Christi Filii tui. Qui tecum vivit et regnat in unitate, &c. ℟. Amen.

---

(1) 22 de Enero de 1702.

OREMUS.

Omnípotens sempiterne Deus, bene✠dícere, sancti✠ficare, et conse✠crare digneris linteámen istud ad tegendum involvendum que Córpus et Sánguinem Dómini nostri Jesu-Christi Filii tui. Qui tecum vivit et regnat in unitate, &c. ℟. Amen.

OREMUS.

Omnípotens Deus, mánibus nostris opem tuæ benedictionis infunde ut per nostram bene✠dictionem hoc linteámen sanctificetur, et Córporis ac Sánguinis Redemptoris nostri novum sudarium Spíritus sancti gratia efficiatur. Per eumdem Dóminum, &c. in unitate ejusdem Spíritus sancti, &c. ℟. Amen.

Rociélos con agua bendita.

BENDICION DE CRUZ NUEVA.

Sobre esta bendicion (privada) y la de las imágenes, veánse los párrafos 3.° *y* 4.° *de las adiciones.*

El Señor Obispo ó el sacerdote con estola encarnada, (1) *dice:*

℣. Adjutorium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum et terram.
℣. Dómine exaudi orationem meam.
℟. Et clámor meus ad te veniat.

---

(1) Pontifical Romano.

℣. Dóminus vobiscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

Rogamus te Dómine sancte, Pater omnípotens æterne Deus: ut digneris bene✠dícere hoc lignum Crucis tuæ, ut sit remedium salutare géneri humano; sit solíditas fidei, profectus bonorum óperum, redemptio animarum; sit solámen et protectio ac tutela contra sæva jácula inimicorum. Per Dóminum nostrum, &c. ℟. Amen.

OREMUS.

Béne✠dic, Dómine Jesu-Christe, hanc Crucem tuam, per quam eripuisti mundum á dœmonum potestate, et superasti passione tua suggestorem peccati, qui gaudebat in prævaricatione primi hominis, per ligni vétiti sumptionem, (*aquí la rocia con agua bendita*). Sanctificetur hoc signum Crucis in nómine Patris ✠ et Filii ✠ et Spíritus ✠ sancti, ut orantes inclinantésque se propter Dóminum ante istam Crucem, inveniant córporis, et ánimæ sanitatem. Per eumdem Dóminum nostrum, &c. ℟. Amen.

Despues arrodillado y descubierta la cabeza, aun del solideo, la adora y besa el sacerdote, y los demás que quisieren.

BENDICION DEL CEMENTERIO NUEVO

Los cánones (dijo San Cárlos Borromeo) prohiben que las calaveras estén fuera de sus sepulcros. (1)

Un dia antes que se haga la bendicion, se fijará en medio del cementerio que se ha de bendecir, una cruz de madera, de la estatura de un hombre, y delante de ella, en la tierra, se pondrá un palo pequeño de media vara de alto, con tres puntas de madera, dispuestas para fijar en ellas tres candelas.

Al dia siguiente por la mañana, el sacerdote comisionado por el Señor Obispo, se revestirá con amito, alba, cíngulo, estola y pluvial blanco, y acompañado de algunos sacerdotes y clérigos, revestidos con sobrepellices, que lleven el acetre con agua bendita, incensario, naveta, el ritual romano, ó este manual y tres candelas de cera, irá al cementerio que ha de bendecirse, y delante de la cruz, que ha de estar en medio, se pondrán y encenderán las tres candelas en el palo puesto para este fin, y el sacerdote puesto en pie, y descubierto, dice:

OREMUS.

Omnípotens Deus, qui es custos animarum, et tutela salutis, fides credentium réspice propitius ad nostræ servitutis officium, et ad intróitum nostrum pur✠getur, bene✠dicatur, et sancti✠ficetur hoc Cœmeterium, ut humana córpora hic post vitæ cursum quiescéntia, in magno judicii die simul, cum felícibus animabus mereantur adipísci vitæ perennis gaudia. Per Christum Dóminum nostrum.

℟. Amen.

---

(1) Barruf. tit. 74, núm. 10. § XIII.

Despues, arrodillados todos, dicen las letanías ordinarias, comenzando un cantor, y respondiendo los demas: y en habiendo dicho: Ut ómnibus fidelibus, &c. Te rogamus audi nos: *se levanta el sacerdote, y haciendo la señal de la cruz, dice en voz clara:*

Ut hoc Cœmeterium purgare, et bene✠dícere digneris. Te rogamus audi nos.

Vuelvese á arrodillar hasta acabar las letanías, y despues de ellas se levantan todos, y el sacerdote rocia la cruz con agua bendita, diciendo la antífona: Asperges me, &c. *y los cantores el salmo:* Miserere mei, &c. *hasta el fin con* Gloria Patri,*y se repite la antífona: y miéntras se dice el salmo, rodea y anda el sacerdote por todo el cementerio, comenzando por la mano derecha, echando agua bendita por todas partes.*

Despues vuelto á su lugar delante de la cruz, dice:

OREMUS.

Deus, qui es totius orbis cónditor, et humani géneris Redemptor, cunctarúmque creaturarum visibilium, et invisibilium perfectus dispósitor, te súpplici voce ac puro corde expóscimus, ut hoc Cœmeterium, in quo famulorum, famularúmque tuarum córpora quiéscere debent post currícula hujus vitæ labentia, pur✠gare, bene✠dícere, et sancti✠ficare digneris: quique remissionem omnium peccatorum per tuam magnam misericordiam in te confidéntibus præstitisti, corpóribus quoque eorum in hoc Cæmeterio quiescéntibus, et tubam primi Archangeli

expectántibus, consolationem perpetuam lárgiter impertíre. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Luego fija en la parte de arriba de la cruz una de las tres candelas encendidas, y las otras dos en los brazos. Despues pone incienso, incensa la cruz, y la rocia con agua bendita, y se vuelve á la sacristia con los ministros.

RECONCILIACION DEL CEMENTERIO VIOLADO,

contiguo ó apartado de la Iglesia, cuando ella no está contaminada.

El dia que se hubiere de hacer esta reconciliacion, por la mañana el sacerdote (precediendo facultad del Señor Obispo), se revestirá con amito, alba, cíngulo, estola y capa blanca, acompañado de otros sacerdotes y clérigos, revestidos con sobrepellices, llevando un clérigo el acetre con agua bendita, llegará al cementerio y allí juntamente con los ministros, se arrodilla sobre un tapete, y los cantores dicen las letanìas: en las cuales habiendo dicho: Utómnibus fidélibus defunctis, &c. Te rogamus audi nos, *se levanta el sacerdote, y haciendo con la mano derecha la señal de la cruz, en voz clara dice:*

℣. Ut hoc Cœmeterium recon✠ciliare, et sancti✠ficare digneris.

℟. Te rogamus audi nos.

Vuélvese á arrodillar, y acaban los cantores las letanìas. Despues se levantan todos y el sacerdote, tomando el hisopo con agua bendita, comienza la antìfona: Asperges me, Dómine hyssopo *y prosigue el clero:* Et mundabor, &c. *y el salmo:* Misere mei Deus, *hasta el fin sin* Gloria Patri, *y se vuelve á repetir la antìfona. Y entretanto rodea el cementerio, comenzando por la parte diestra, rociándolo con agua bendita, especiàlmente el lugar violado: y se vuelve adonde se dijeron las letanìas, y puesto en pié dice:*

OREMUS.

℣. Flectamus genua. ℟. Levàte.

Dómine píe, qui agrum figuli pretio Sánguinis tui in sepulturam peregrinorum comparari voluisti, quæsumus, dignanter reminíscere clementíssimi hujus mysterii tui. Tu es enim Dómine figulus noster; tu quietis nostræ ager, tu agri hujus pretium. Tu dedisti etiam, et suscepisti. Tu de pretio tui vivífici sánguinis nos requiéscere donasti. Tu ergo Dómine, qui es offensionis nostræ clementíssimus indultor, expectantíssimus judicator, judicii tui superabundantíssimus miserator, judicium tuæ justíssimæ severitatis abscondens post miserationem tuæ piæ redemptionis, adesto exauditor, et effector nostræ reconciliationis: hocque Cœmeterium peregrinorum tuorum cœlestis patriæ incolatum expectántium, benignus purífica, et reconcilia; et hic tomulatorum et tomulandorum córpora, de potentia et pietate tuæ resurrectionis ad gloriam incorruptionis non damnans, sed glorificans resúscita. Qui venturus es judicare vivos et mortuos, et sæculum per ignem. ℟. Amen.

BENDICION DEL COLATERAL.

TOMADA DEL AÑALEJO DEL PADRE PATIÑO.

El Señor Obispo ó el sacerdote con estola blanca, dice:

℣. Adjutorium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum et terram.
℣. Dóminus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Omnípotens sempiterne Deus, qui cum nullo terrarum neque cœlorum ámbitu contínearis, singularia quædam, ut majestatem et clementiam tuam nobis osténderes loca elegisti ac santificasti; benignísimo oculorum tuorum intuitu réspice locum istum, supernáque ipsum bene✠dictione santífica, ut laúdibus, sacrificiis precibúsque placatus, humíliter hic orantibus, inmensam clementiæ tuæ bonitatem, et largitatem ostendas. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

OREMUS.

Clementíssime Deus, qui ut in cœlis sanctorum animas ad ipsorum gloriam, tuíque honorem Nominis colocasti, ita in terris eorumdem imágines sculpi, et pingi ad exemplum et protectionem fidelibus concessisti; béne✠dic Dómine quas in loco isto, tuo Nomini consecrato imágines constituimus; et

præsta, ut illorum précibus et exemplis ad æternam gloriæ tuæ domum cum ipsis sublimari mereamur. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

Rociélo con agua bendita:

BENDICION DE LA ESPADA.

TOMADA DEL PONTIFICAL ROMANO.

Teniendo delante un ministro la espada, y estando arrodillado el dueño de ella, el Señor Obispo ó el sacerdote con estola del dia, dice:

℣. Adjutorium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum et terram.
℣. Dóminus vobiscum.
℟ Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

Bene✠dícere digneris, quæsumus Dómine, ensem istum: et hunc fámulum tuum, qui eum, te inspirante, suscípere desíderat, pietatis tuæ custodia múnias, et illæsum custodias. Per Christum Dóminum nostrum
℟. Amen.

Rociéla con agua bendita, y ciñéndosela le dirá:

Accipe ensem istum, in nómine Pa✠tris, et Fi✠lii, et Spíritus✠sancti, ut utáris eo ad defensionem tuam ac sanctæ Dei Ecclesiæ et ad confusionem inimicorum Crucis Christi ac fidei christianæ: et quantum humana fragílitas permíserit, cum eo néminem injústè

lædas: Quod ipse tibi præstare dignetur, qui cum Patre et Spíritu sancto vivit et regnat Deus, in sæcula sæculorum. ℟. Amen.

BENDICION DE LAS IMAGENES.

de Jesucristo, de la Vírgen, y de los Santos.

Si la imágen no es de escultura, se quita lo que vá entre paréntesis.

Sobre esta bendicion (privada) y la de Cruz nueva, veanse los párrafos 3.° y 4.° de las adiciones.

Cuando dichas imágenes estén tan sumamente deterioradas por el tiempo, que no puedan restituirse á la debida decencia, deben quemarse y sus cenizas enterrarse en los cementerios. (1)

El Sr. Obispo ò el sacerdote con estola blanca para el Sr. y la Vírgen, (2) *y del dia para los Santos, dice:*

℣. Adjutorium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum et terram.
℣. Dóminus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Omnípotens sempiterne Deus, qui sanctorum tuorum *imágines pingi* (sive *effigies sculpi*) non réprobas, ut quoties illas óculis corporeis intuemur, toties eorum actus et sanctitatem ad imitandum memoriæ óculis meditemur: hanc, quæsumus, imáginem (*seu* sculpturam) in honorem, et memoriam Uni-

---

(1) Catalan. tit. 8.° cap. 27. núm. 19.
(2) Pontifical Romano.

géniti Filii tui Dómini nostri Jesu-Christi (*vel* beatíssimæ vírginis Mariæ Matris Dómini nostri Jesu-Christi), (*vel* beati N. Apóstoli tui, *vel* Mártyris, *vel* Confessoris, *aut* Pontíficis *aut* Vírginis) adaptatam bene✠dícere et sancti✠ficare digneris: et præsta, ut quicumque coram illa unigénitum Filium tuum (*vel* beatíssimam Vírginem, *vel* gloriosum Apóstolum, *sive* Mártyrem, *sive* Confessorem *aut* Vírginem), supplíciter cólere, et honorare studúerit, illus méritis, et obtentu, á te gratiam in præsenti, et æternam gloriam obtineat in futurum. Per eumdem Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Esta conclusion es solamente para la bendicion del Sr. y de la Vírgen; pero para la de los Santos será Per Christum Dóminum nostrum.

Rociéla con agua bendita.

El P. Catalani, en los Comentarios sobre el ritual romano, tom. 2. c. 27. núm IX. advierte que aunque en esta bendicion no se hace mencion de las Imágenes, de los Santos Angeles, Pratriarcas, Profetas y Viudas, siendo indubitable que pueden bendecirse, especialmente si se han de colocar en los altares, se podrá usar para bendecirlas de esta misma forma, espresando sus nombres: v. g. In honorem, et memoriam beati Michaelis Arcángeli *vel* Abraham Patriarchæ, *vel* Elíæ Prophetæ, *vel* Mónicæ Viduæ.

Añade el mismo autor, que no hallàndose en el pontifical y ritual romano bendicion alguna de las Imágenes de la Santìsima Trinidad, el Señor Clemente XII. aprobó, á peticion del Exmo. Sr. Cardenal Ottobono, la siguiente.

BENDICION PARTICULAR
DE LAS IMAGENES DE LA SANTISIMA TRINIDAD.

El Señor Obispo ó el sacerdote con estola blanca, dice:

℣. Adjutorium nostrum in nomine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum et terram.
℣. Dómine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dóminus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Deus, á quo universa creata benedici desíderant, et ipse nullius horum índiges benedictione, súscipe propitius vota et deprecationes nostras, quibus te humíliter exoramus, ut bene✠dícere, et sancti✠ficare digneris hanc imáginem, et quoties illam intuemur, nomen sanctum tuum crédere semper, et invocare nos fácias, quátenus Æternæ et Individuæ Trinitatis Misterium ore, et corde íntegro confitentes in terris, unà cum Angelis et sanctis ómnibus, te sine fine glorificare mereamur in cœlis. Qui Trinus et Unus, vivis et regnas in sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Rociéla con agua bendita.

BENDICION DE IGLESIA NUEVA,

O DE ORATORIO PUBLICO EN QUE SE PUEDA DECIR MISA.

Con esta bendicion no se pueden bendecir los Oratorios privados de alguna casa, sino con la de la casa nueva, que puede hacer cualquier sacerdote, y la razon es, porque enagenada dicha casa, puede el dueño destinar aquella pieza para otros usos, lo que no puede hacerse con los Oratorios públicos, destinados perpetuamente para el culto de Dios. (1)

El sacerdote, que con licencia del Sr. Obispo, ha de bendecir alguna iglesia, para que en ella, segun rito, se celebre el Divino sacrificio de la misa, revestido de amito, alba, cíngulo, estola cruzada ante el pecho, y capa blanca, acompañado de algunos sacerdotes y clérigos, yendo por delante el ministro que lleva la cruz, en medio de los ciriales con las velas encendidas, vá por la mañana á la puerta principal de la nueva iglesia ú oratorio, y estando en pie, descubierta la cabeza, y vuelto ácia ella, dice:

Actiones nostras, quæsumus Dómine, aspirando præveni, et adjuvando proséquere: ut cuncta nostra oratio, et operatio á te semper incipiat, et per te cœpta finiatur. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

Despues, tomando el aspersorio, rociándose primero á sí mismo, y despues á sus ministros y circunstantes, comienza; y prosigue el clero la

Aña. **Asperges me Dómine hyssopo et mundabor, lavabis me, et super nivem dealvabor.**

---

(1) Catalani, tít 8.°, cap. 29, núm. 10.

Despues el clero, alternándose en los versos, miéntras el sacerdote rodea la iglesia, dice todo entero el salmo Miserere, *añadiendo al fin* Gloria Patri, &c. *y acabado, repite la antífona,* Asperges me Dómine, &c.

El sacerdote entonada esta, acompañado del clero y circunstantes, yendo por delante la cruz en medio de los ciriales, vá en forma de procesion, comenzando por su derecha, rodeando y rociando las paredes esteriores de la iglesia en sus partes superiores é inferiores cerca de los cimientos. La iglesia por dentro debe estar vacia y desnuda de todo ornato, y de la misma manera deben estar desnudos los altares, y fuera de ella todo el pueblo concurrente, hasta que se acabe la bendicion.

Vueltos todos al lugar en que comenzó la procesion, y repetida por el clero la antífona, Asperges me, &c., *el sacerdote, en pie, en el mismo lugar en que ántes estuvo, descubierta la cabeza, dice:*

OREMUS.

℣. Flectamus genua. ℟. Levate.

Dómine Deus, qui licet cœlo, et terra non capiaris, domum tamen dignaris habere in terris, ubi nomen tuum júgiter invocetur; locum hunc, quæsumus, beatæ Mariæ semper Virginis, et beati N. omniumque sanctorum intercedentibus méritis, sereno pietatis tuæ intnitu vísita, et per infusionem gratiæ tuæ ab omni inquinamento púrifica, purificatúm que conserva, et qui dilecti tui David devotionem in filii sui Salomonis ópere comple-

visti, in hoc ópere desideria nostra perficere digneris: effugiantque omnes hinc nequitiæ spirituales. Per Dóminum nostrum, &c.

Acabada esta oracion (quedándose el pueblo fuera) precediendo el ministro de la cruz en medio de los ciriales, entran de dos en dos en la iglesia los clérigos hasta el altar mayor cantando las letanías. Detras de todos el sacerdote con sus ministros: en llegando ante el altar todos se hincan y prosiguen cantando las letanías.

Luego que se haya dicho, Ut ómnibus fidelibus defunctis requiem æternam donare digneris, Te rogamus audi nos, *se levanta el sacerdote, y en voz clara, dice:*

Ut hanc Ecclesiam, et Altare ad honorem tuum, et nomen Sancti tui N. purgare, et bene✠dícere digneris. Te rogamus audi nos.

Al decir benedícere, *bendice á un mismo tiempo con una sola cruz el altar y la iglesia.*

En donde está la N. se pone el nombre del Santo, en cuya memoria se dedica la iglesia: y si fuere Santa, mudando el género, se dice, Sanctæ tuæ N.

Vuelve el sacerdote á hincarse como ántes, hasta que se acaben las letanías: y los cantores prosiguen:

Ut nos exaudire digneris, Te rogamus audi nos. Agnus Dei, &c.

Dicho el último Kyrie éleyson, *puesto en pie el sacerdote dice:*

OREMUS.

℣. Flectamus genua. ℟. Levate.

Præveniat nos, quæsumus Dómine, misericordia tua: et intercedentibus omnibus sanc-

tis tuis, voces nostras clementia tuæ propitiationis antícipet. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Despues el sacerdote, retirándose del altar el espacio necesario (para presidir al coro, que dividido en dos alas ha de formar el clero) arrodillado con todos, y signándose, dice: Deus in adjutorium meum intende: *y luego se levantan todos, respondiendo el clero* Dómine ad adjuvandum me festina. Gloria Patri, et Filio, &c., *responde el clero,* Sicut erat in principio, &c. *Despues el sacerdote dice:*

OREMUS.

℣. Flectamus genua. ℟. Levate.

Omnípotens et misericors Deus, qui sacerdotibus tuis tantam præ céteris gratiam contulisti, ut quidquid in tuo nómine dignè, perfectèque ab eis ágitur, á te fieri credatur: quæsumus immensam clementiam tuam, ut quidquid modò visitaturi sumus, vísites: et quidquid benedicturi sumus, bene✠dicas: sitque ad nostræ humilitatis intróitum, sanctorum tuorum méritis, fuga dæmonum, Angeli pacis ingressus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum, &c.

Concluida esta oracion comienza el sacerdote, y prosigue el coro la antífona, Bénedic Dómine domum istam nómine tuo ædificatam, *con los salmos que se siguen, y miéntras se cantan, toma el aspersorio, y diciendo la antífona* Asperges me, &c. *vá en procesion, como se hizo al principio, rociando las paredes interiores de la iglesia en sus partes superiores é inferiores, comenzando por el lado del evangelio, hasta volver al altar.*

PSALMUS 119.

Ad Dóminum cum tribulárer clamavi: * et exaudivit me.

Dómine libera ánimam meam á labiis iníquis, * et á lingua dolosa.

¿Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi * ad linguam dolosam?

Sagíttæ potentis acutæ, * cum carbónibus desolatoriis.

Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est: habitavi cum habitantibus Cedar: * multum íncola fuit ánima mea.

Cum his qui oderunt pacem, eram pacíficus: * cum loquebar illis impugnabant me gratis.

Gloria Patri et Filio, * et Spiritui sancto.

Sicut erat in principio, et nunc et semper, * et in sæcula sæculorum. Amen.

PSALMUS 120.

Levavi óculos meos in montes, * unde veniet auxilium mihi.

Auxilium meum á Dómino, * qui fecit cœlum, et terram.

Non det in commotionem pedem tuum: * neque dormítet qui custodit te.

Ecce non dormitabit, neque dormiet, * qui custodit Israel.

Dóminus custodit te, Dóminus protectio tua: * super manum déxteram tuam.

Per diem sol non uret te: * neque luna per noctem.

Dóminus custodit te ab omni malo: * custodiat ánimam tuam Dóminus.

Dóminus custodiat intróitum tuum, et éxitum tuum; * ex hoc nunc, et usque in sæculum.

Gloria Patri, &c.

PSALMUS 121.

Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi: * in domum Dómini íbimus.

Stantes erant pedes nostri, * in atriis tuis Jerúsalem.

Jerúsalem, quæ ædificatur ut cívitas: * cujus participatio ejus in idípsum.

Illuc enim ascendérunt tribus, tribus Dómini: * testimonium Israel ad confitendum nómini Dómini.

Quia illic sederunt sedes in judicio: * sedes super domum David.

Rogate quæ ad pacem sunt Jerúsalem: * et abundantia diligéntibus te.

Fiat pax in virtute tua: * et abundantia in túrribus tuis.

Propter fratres meos, et próximos meos: * loquebar pacem de te.

Propter domum Dómini Dei nostri: * quæsivi bona tibi.

Gloria Patri, &c.

Antiphona. Bénedic, Dómine, domum istam nómini tuo ædificatam.

Despues el sacerdote en pie, dice:

OREMUS.

℣. Flectamus genua. ℟. Leváte.

Deus, qui loca nómine tuo dicanda sanctificas, effunde super hanc orationis domum gratiam tuam; ut ab ómnibus hic nomen tuum invocántibus auxilium tuæ misericordiæ sentiatur. Per Dóminum nostrum Jesum-Christum Filium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum ℟. Amen.

Acabada la bendicion entra el pueblo, y en el ínterin se viste y previene el altar con ornamentos congruentes al tiempo y oficio, y se dice la misa ó del santo, ó de la dedicacion de iglesia, que será lo mejor. (1)

RECONCILIACION DE IGLESIA VIOLADA

que no estaba antes consagrada por el Señor Obispo.

La reconciliacion de Iglesia violada la hará el sacerdote delegado por el Señor Obispo en esta forma.

Desnúdese del todo el altar, ó altares de la iglesia, y dispóngase que sin dificultad se pueda andar toda ella por

---

(1) Barruf. tít. 72. núm. 86.

dentro y por fuera con libertad. Prepárese el acetre con agua bendita é hisopo, y el sacerdote revestido de amito, alba, cíngulo estola y capa blanca, acompañado de algunos sacerdotes y clérigos, vá á la puerta de la iglesia, y estando en pie comienza la antífona, Asperges me, *y prosigue el clero:* Dómine hyssopo, &c. *y el salmo:* Miserere mei, &c. *hasta el fin con* Gloria Patri, &c. *y acabado se repite la antífona: y miéntras se dice, el sacerdote rocia con agua bendita la iglesia y cementerio en contorno, alternadamente, unas veces las paredes de la iglesia y otras la tierra del cementerio, principalmente los lugares contaminados.*

Heho esto se vuelve al lugar donde comenzó á rociar, y estando en pie, dice:

OREMUS.

℣. Flectamus genua. ℟. Levate.

Omnípotens, et misericors Deus, &c. *como está en el folio 261.*

Luego el sacerdote comienza las letanías, y entra en la iglesia con el clero cantándolas: llega hasta delante del altar mayor, donde se arrodilla, y habiendo dicho:

℣. Ut ómnibus fidelibus defunctis requiem æternam donare digneris.

℟. Te rogamus audi nos.

Se levanta el sacerdote, y en voz clara dice:

℣. Ut hanc Ecclesiam et altare hoc, ac cœmeterium purgare, et recon✠ciliare digneris

℟. Te rogamus audi nos.

Lo cual dicho, se vuelve á arrodillar hasta que se concluyan las letanías, y despues de ellas, puesto en pie dice:

OREMUS.

℣. Flectamus genua. ℟. Levate.

Præveniat nos, quæsumus Dómine, misericordia tua; et intercedentibus omnibus sanctis tuis, voces nostras clementia tuæ propitiationis antícipet. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Concluida la oracion se vuelve á arrodillar, y signándose dice en voz clara: Deus in adjutorium meum intende. *Se levanta y el clero responde:* Dómine ad adjuvandum me festina. ℟. Gloria Patri, &c. Sicut erat in principio, &c.

Lo cual dicho, y puestos todos en pie comenzará el sacerdote esta antífona.

Exurgat Deus, et dissipentur inimici ejus, et fugiant, qui oderunt eum á facie ejus.

La cual se ha de repetir despues de cada uno de los versos del siguiente:

PSALMUS 67.

In Ecclesiis benedícite Deo Dómino, * de fóntibus Israel.

Aña. Exurgat Deus, &c.

Ibi Bénjamin adolescéntulus, * in mentis excessu.

Aña. Exurgat Deus, &c.

Príncipes Juda duces eorum: * Príncipes Zábulon, Príncipes Néphthali.

Aña. Exurgat Deus, &c.

Manda Deus virtúti tuæ: * corfirma hoc Deus, quod operatus es in nobis.

Aña. Exurgat Deus, &c.

A templo sancto tuo in Jerùsalem. * tibi ófferent reges múnera.

Aña. Exurgat Deus, &c.

Increpa feras arúndinis congregatio taurorum in vaccis populorum: * ut excludant eos qui probáti sunt argento.

Aña. Exurgat Deus, &c.

Díssipa Gentes, quæ bella volunt: venient legáti ex Ægypto: * Æthiopia præveniet manus ejus Deo.

Aña. Exurgat Deus, &c.

Regna terræ, cantate Deo: * psállite Dómino.

Aña. Exurgat Deus, &c.

Psállite Deo, qui ascéndit super cœlum cœli * ad Orientem.

Aña. Exurgat Deus, &c.

Ecce dabit voci suæ vocem virtutis, date gloriam Deo super Israel, * magnificéntia ejus, et virtus ejus in núbibus.

Aña. Exurgat Deus, &c.

Mirábilis Deus in sanctis suis, Deus Israel ipse dabit virtuten, et fortitudinem plebi suæ, * benedictus Deus.

No se dice Gloria Patri, *pero se repite la antífona:*

O

Exurgat Deus, et dissipentur inimici ejus, et fugiant, qui oderunt eum á facie ejus.

Y mientras se dice el salmo, rodea el sacerdote la Iglesia, rociándola con agua bendita por la parte de adentro, lo cual hace especialmente en los lugares contaminados: y despues estando en pie en el presbiterio, vuelto al altar, dice:

Deus, qui omni loco dominationis tuæ clemens, et benignus purificátor assistis: exaudi nos quæsumus, et concede; ut in pósterum inviolábilis hujus loci permaneat benedictio, et tui múneris beneficia, univérsitas fidelium, quæ súpplicat, percípere mereatur. Per Christum Dòminum nostrum. ℟. Amen.

Luego se dice la misa del dia.

RECONCILIACION DE IGLESIA VIOLADA

consagrada por el Señor Obispo.

Segun decreto de la sagrada congregacion (1) *y el ritual romano, el sìmple sacerdote no puede reconciliar la iglesia consagrada por algun Obispo, sino es que para ello tubiere facultad de su Santidad, y agua bendita para el efecto por el ordinario: y en caso de enfermedad ó demasiada distancia de este, se le pedirá al Obispo mas cercano.* (2)

El dia que se hubiere de hacer esta reconciliacion, por la mañana el sacerdote (teniendo dicha facultád), se revestirà con amito, alba, cìngulo, estola y capa blanca, acompañado de otros sacerdotes y clérigos, revestidos con sobrepe-

(1) 9. de Febrero de 1608.
(2) S. C. R. 12 de Diciembre de 1761.

llices, llevando un clérigo el acetre con dicha agua, llegará á la puerta de la iglesia, la que deberá estar en disposicion que se pueda andar toda ella, por dentro y por fuera con libertad, y el altar ó altares desnudos, y allí tomando el hisopo dirá la siguiente antífona. Asperges &c. *y el salmo* Miserere, *con* Gloria Patri &c. *En el ínterin, yendo por delante la cruz en medio de los ciriales, vá en forma de procesion, comenzando por su derecha, rodeando y rociando las paredes esteriores de la iglesia en sus partes superiores é inferiores cerca de los cimientos.*

Vueltos todos al lugar en que comenzó la procesion, y repetida por el clero la antífona, Asperges me &c., *el sacerdote en pié, en el mismo lugar en que ántes estuvo, descubierta la cabeza, dice:* Oremus. Omnipotens et misericors Deus, &c. *como está en la pág.* 261 *y concluyendo con* Per Christum Dóminum nostrum, *dice:*

OREMUS.

℣. Flectamus genua. ℟. Leváte.

Aúfer á nobis, quæsumus Dómine, cunctas iniquitátes nostras: ut ad loca tuo sancto nómini purificánda puris mereámur méntibus introíre. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Si el cementerio no fuere directamente el violado, se omite la siguiente oracion; pero si lo estuviere en union de la iglesia, dirá el sacerdote:

OREMUS.

℣. Flectamus genua. ℟. Levate.

Dómine pie &c. *como está en la pág.* 252.

Acabada esta oracion (quedándose el pueblo fuera) precediendo el ministro de la cruz en medio de los ciriales,

entran de dos en dos en la iglesia los clérigos hasta el altar mayor cantando las letanías. Detras de todos el sacerdote con sus ministros: en llegando ante el altar todos se hincan y prosiguen cantando las letanías.

Luego que se haya dicho, ℣. Ut ómnibus fidelibus defunctis requiem æternam donare digneris, ℟. Te rogamus audi nos, *se levanta el sacerdote y en voz clara dice:* (1)

Ut hanc Ecclesiam et altare hoc, ac cœmeterium purgare, et recon✠ciliare digneris.
℟. Te rogamus audi nos.

Ut hanc Ecclesiam et altare hoc, ac cœmeterium purgare, recon✠ciliare, et sancti✠ficare digneris.
℟. Te rogamus audi nos.

Ut hanc Ecclesiam et altare hoc, ac cœmeterium purgare, recon✠ciliare, sancti✠ficare, et conse✠crare digneris.
℟. Te rogamus audi nos.

Vuelve el sacerdote á hincarse como ántes, hasta que se acaben las letanías: y los cantores prosiguen:

Ut nos exaudire digneris, Te rogamus audi nos. Agnus Dei, &c.

Dicho el último Kyrie éleyson, *puesto en pie el sacerdote dice:*

OREMUS.

℣. Flectamus genua. ℟. Levate.

Deus, qui peccáti véteris hæreditáriam mortem, in qua posteritátis genus omne succésse-

---

(1) Si el cementerio no fuere el violado, no se hace mencion de él.

rat, Christi Filii tui Dómini nostri passióne solvisti: dá propitius, ut confórmes eídem effecti, sicut imáginem terréni paréntis natúræ necessitáte portávimus, ita imáginem cœlesti grátiæ sanctificatióne portémus, per virtútem ejusdem Christi Filii tui Dómini nostri: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus sancti Deus, per ómnia sæcula sæculorum.

℟. Amen.

Acabada esta oracion se hincan todos, y el sacerdote dice por tres ocasiones elevando la voz en cada una, Deus in adjutorium &c. *y en la última se levantan todos, y dice la siguiente antífona.* Exurgat Deus &c. y el salmo 67 *como está en la pág.* 267 *hasta el fin sin* Gloria Patri, &c.

En el interin el sacerdote rodea la Iglesia rociándola por la parte de adentro, primero las paredes en sus partes superiores, luego en las inferiores, y por último en el pavimento. Lo cual hecho y estando en el presbiterio dice:

Deum indultorem críminum, Deum sórdium mundatorem, Deum qui corruptum peccatis originálibus mundum adventus sui nitóre purificavit, frates charíssimi, súpplices deprecémur: ut contra diáboli furéntis insidias fortis nobis propugnator assistat; ut si quid ejus virosa calliditate quotidianis insectationibus maculatum in isto loco corruptúmque fuerat, efficiatur cœlesti miseratione purgatum, quia sicut illius est sólidum perfectúmque quassá-

re, ita auctoris est nostri lapsa restitúere, nutantia stabilíre, et corrupta purgare: Qui cum Deo Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus.
Per ómnia sæculorum sæculorum. ℞. Amen.
℣. Dóminus vobiscum.
℞. Et cum spíritu tuo.
℣. Sursum corda.
℞. Habémus ad Dóminum.
℣. Gratias agamus Dómino Deo nostro.
℞. Dignum et justum est.

Verè dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus. Cujus imménsa bónitas, ut non hábuit princípium, ita nec términum habébit. Qui divína naturalíque pietáte plenus, éligis in nobis magis restitúere pérdita, quam percútere peritúra. Et si quid aut negligéntia pólluit, aut ira commíttit, aut stímulat ebríetas, aut libído subvértit, hoc Dómine deménti patiéntia sústines, ut ante per grátiam purífices, quam percútias per furórem. Et óperis tui próvidus plasmátor éligis pótius erígere jacentia, quam puníre damnánda. Te Dómine súpplices deprecámur ut hujus tabernáculi receptáculum placátus aspícias, et altáre tuum, quod insectántis est inimíci fraude pollùtum, per infusiónem grátiæ cœléstis pu-

rífices, purificátum possídeas, possessúmque, ne deínceps áliqua labe sordéscat, custódias. Absint in pósterum omnes nequítiæ spirituáles et eliminéntur, extinguátur antíqui serpéntis invídia, et cum ómnibus fráudibus suis diáboli turma propellátur. Efferat secum máculam, quam ingéssit, et perénnibus quandóque supplíciis deputándus óperum suórum sémina secum cólligat peritúra. Nihil híc in pósterum nóceat prætériti culpa contágii, nihil sit quod remáneat inimíci fraude pollútum, quandóquidem spíritus tui est infusióne purgátum. Resúrgat Ecclésiæ tuæ pura simplícitas, et candor innocéntiæ hác-tenus maculàtus, dum recéperit grátiam resúrgat ad glóriam, ut populórum fidélium hic turba convéniens dum petitiónis íngerit vota, votórum séntiat se obtinuísse suffrágia.

Lo que sigue se dice en voz baja:

Per Dóminum nostrum Jesum-Christum Filium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus sancti Deus, per ómnia sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Despues el sacerdote subiendo á la grada del altar, comienza, y continúa el cléro la siguiente antifona:

Introibo ad altare Dei: ad Deum qui lætíficat juventutem meam.

PSALMUS 42.

Júdica me Deus. et discérne causam meam de gente non sancta: * ab hómine iníquo et doloso érue me.

Quia tu es Deus fortitúdo mea: * quare me repulisti, et quare tristis incédo, dum afflígit me inimícus?

Emítte lucem tuam, et veritátem tuam: * ipsa me deduxérunt, et adduxérunt in montem sanctum tuum, et in tabernácula tua.

Et introíbo ad altare Dei: ad Deum, qui lætificat juventutem meam.

Confitébor tibi in cíthara Deus, Deus meus: * quare tristis es ánima mea, et quare conturbas me?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi: * salutáre vultus mei, et Deus meus.

No se dice Gloria Patri, *pero se repite la antífona, y concluida, el sacerdote dice:*

OREMUS.

℣. Flectamus genua ℟. Levate.

Deus, qui in omni loco dominatiónis tuæ clemens ac benígnus dedicátor assístis: exaudi nos, quæsumus, et concéde; ut in pósterum inviolábilis hujus loci permáneat consecrátio, et tui múneris beneficia univérsitas fidélium, quæ súpplicat, percípere mereátur. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Despues comienza, y el cléro prosigue, la siguiente antífona:

Confirma hoc Deus quod operatus es in nobis: á templo sancto tuo, quod est in Jerúsalem.

***Psalm.* 67. Exurgat Deus, et dissipéntur inimíci ejus, &c.**

Y se dice todo con Gloria Patri &c. *y al fin repetida la antífona precedente dice:*

OREMUS.

Deus, qui Ecclesiam tuam sanctam, de ómnibus mundi finibus congregátam, per tui láteris admirabile sacramentum cunctárum gentium matrem esse dixísti, quam etiam populórum varietáte depíctam, sanctorum Mártyrum tuórum méritis decorásti: béne✠dic, Dómine quæsumus, sanctorum tuórum opitulánte suffrágio, tam altare, quod eórum exornátur, te juvánte, relíquiis, quam Ecclesiam, ac fidélium tuorum tibi piè offerentium vota in illa sanctífica: Qui cum Deo Patre et Spíritu sancto vivis et regnas, &c. Amen.

Despues se dice la Misa del dia, á cuya oracion se agregará, bajo de una conclusion, la siguiente:

ORATIO.

Deus, qui dixísti, domus mea domus oratiónis vocábitur, domum istam infidélium

spurcítiis contaminátam mundáre et sanctificare dignéris: et ómnium preces et vota hoc in loco ad te clamántium clementer exaudias, et benignus suscípias. Per Dóminum nostrum Jesum-Christum Filium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spiritus sancti Deus, per ómnia sæcula sæculorum.

℞. Amen.

SECRETA.

Hæc hóstia, quæsumus Dómine, et locum istum ab ómnibus immundítiis expurget: et supplicatiónes nostras semper et ubíque reddat tibi accéptas. Per Dóminum nostrum Jesum-Christum Filium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spiritus sancti Deus, per ómnia sæcula sæculorum. Amen.

POSTCOMMUNIO.

Percipiéntes Dómine múnera salútis ætérnæ súpplices exorámus: ut templum hoc et cœmeterium ab infidelium inquinaméntis emundátum benedictione tua máneat sanctificátum, et péctora nostra ab omni sorde vitiórum alienáta, tibíque devóta semper exístant. Per Dóminum nostrum Jesum-Christum Filium tuum: Qui tecut et vivit et regnat Deus, per ómnia sæcula sæculorum.

℞. Amen.

BENDICION
DE LOS MANTELES PARA EL ALTAR.

El Señor Obispo ó el sacerdote con estola del dia, dice:

℣. Adjutorium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum et terram.
℣. Dóminus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Exáudi, Dómine, preces nostras, et hæc linteámina, sacri altaris usui præparata, bene✠dícere, et sancti✠ficare digneris. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

OREMUS.

Dómine Deus omnípotens, qui Moysen famulum tuum ornamenta, et linteámina fácere per quadraginta dies docuisti, quæ etiam Maria texuit, et fecit in usum ministerii, et tabernáculi fœderis: bene✠dícere, sancti✠ficare, et con✠secrare dígneris hæc linteámina ad tegendum, involvendúmque Altare gloriosíssimi Filii tui Dómini nostri Jesu-Christi, qui tecum vivit et regnat, &c.

Rociélos con agua bendita.

BENDICION
DE LOS ORNAMENTOS EN GENERAL.

El Señor Obispo ó el sacerdote con estola del dia, dice:

℣. Adjutorium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum et terram.
℣. Dóminus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Omnípotens sempiterne Deus, qui per Moysen fámulum tuum Pontificalia, et Sacerdotalia, seu Levítica vestimenta, ad explendum in conspectu tuo ministerium eorum ad honorem, et decorem nóminis tui fieri decrevisti: adesto propitius invocationibus nostris, et hæc indumenta Sacerdotalia, désuper irrigante gratia tua, ingenti benedictione per nostræ humilitatis servitium purifi✠care, bene✠dícere, et conse✠crare digneris, ut divinis cultibus, et sacris mysteriis apta, et benedicta existant: his quoque sacris véstibus Pontífices, et Sacerdotes, seu Levitæ tui induti, ab omnibus impulsionibus, seú tentatiónibus, malignorum spírituum muniti, et defensi esse mereantur, tuisque mysteriis aptè, et condignè servire, et inhærere, atque in his tibi plácite, et devotè perseverare tribue. Per Christum Dominum nostrum, ℟. Amen.

OREMUS.

Deus, invictæ virtutis triumphator, et omnium rerum creator, ac sanctificator: intende propitius preces nostras, et hæc indumenta Levíticæ, Sacerdotalis, et Pontificalis gloriæ ministris tuis fruenda, tuo ore proprio bene✠dícere, sancti✠ficare, et conse✠crare digneris: omnésque eis utentes, tuis mysteriis aptos, et tibi in eis devotè ac laudabíliter servientes, gratos efficere digneris. Per Dóminum, &c.

OREMUS.

Dómine Deus, omnipotens, qui vestimenta Pontificibus, Sacerdotibus, et Levitis in usum tabernáculi fœderis necessaria, Moysen fámulum tuum ágere jussisti, eumque spiritu sapientiæ ad id peragendum replevisti: hæc vestimenta in usum et cultum misterii tui bene✠dícere, sancti✠ficare, et conse✠crare dignéris, atque ministros Altaris tui, qui ea indúerint, septiformis Spiritus gratia dignanter repleri, atque castitatis stola, beata fácias cum bonorum fructu óperum ministerii congruentis, immortalitate vestiri. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Rocièlos con agua bendita.

BENDICION
ESPECIAL PARA CADA ORNAMENTO.

El Señor Obispo ó el sacerdote con estola del dia, dice:

℣. Adjutorium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum et terram.
℣. Dóminus vobiscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

Deus omnípotens, bonarum virtutum dator, et omnium benedictionum largus infusor súpplices te rogamus, ut mánibus nostris opem tuæ benedictionis infundas, et hunc (*vel* hanc, *vel* hoc, &c. *segun fuere el ornamento*) amictum, *vel* albam, *vel* cíngulum, *vel* stolam, *vel* manípulum, *vel* tunicellam, *vel* dalmáticam, *vel* planetam divino cultui præparatum, *vel* præparatam, virtute sancti Spíritus bene✠dícere, sancti✠ficare, et conse✠crare digneris, et ómnibus eo, *vel* ea uténtibus gratiam sanctificationis sacri mysterii tui benignus concede: ut in conspectu tuo sancti et immaculati, atque irreprehensibiles appareant et auxilium misericordiæ tuæ acquirant. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, &c. ℟. Amen.

Rociélos con agua bendita.

BENDICION DE LA PRIMERA PIEDRA

EN LA FABRICA DE ALGUNA IGLESIA.

Segun los decretos de los sagrados cánones, solo con licencia del Obispo es lícito fabricar alguna iglesia, (lo mismo es de los oratorios, ó capillas públicas; porque son iglesias pequeñas.) Si algun sacerdote, tuviere facultad para bendecir la primera piedra de su fábrica, en la ejecucion de esta funcion sagrada, observará el rito siguiente.

El dia antes que la primera piedra se haya de bendecir, el mismo ú otro sacerdote, en el lugar en que vendrá á estar despues el altar mayor ponga una cruz (de la magnitud que fuere bastante, para que, desde competente distancia, se haga ver de los que estuvieren fuera del sitio, que se ha de bendecir.) Y al dia siguiente la referida piedra que ha de colocarse en el cimiento, que debe ser cuadrada y angular, se bendecirá de este modo.

El sacerdote revestido de amito, alba, cíngulo, estola cruzada ante el pecho, y capa de color blanco, acompañado de algunos sacerdotes y clerigos, bendice la sal y el agua, sino no es que la tenga ya bendita con la bendicion ordinaria, puesta al folio 183, y mientras que los clerigos cantan la antìfona y salmo siguientes, rocia el lugar en que está plantada la cruz.

Aña. **Signum salutis pone Dómine Jesu-Christe in loco isto, et non permittas introíre ángelum percutientem.**

PSALMUS 83.

Quam dilecta tabernácula tua Dómine virtutum! * concupiscit et déficit ánima mea in atria Dómini.

Cor meum, et caro mea * exultaverunt in Deum vivum.

Etenim passer invénit sibi domum: * et turtur nidum sibi, ubi ponat pullos suos.

Altaria tua Dómine virtutum: * Rex meus et Deus meus.

Beati, qui hábitant in domo tua Dómine: * in sæcula sæculorum laudabunt te.

Beatus vir, cujus est auxilium abs te: * ascensiones in corde suo disposuit, in valle lacrymarum, in loco quem posuit.

Etenim benedictionem dabit legislátor, ibunt de virtute in virtutem: * vidébitur Deus deorum in Sion.

Dómine Deus virtutum exáudi orationem meam: * áuribus pércipe Deus Jacob.

Protector noster áspice Deus: * et réspice in faciem Christi tui.

Quia melior est dies una in atriis tuis * super millia.

Elégi abjéctus esse in domo Dei mei: * magis quam habitáre in tabernáculis peccatorum.

Quia misericordiam, et veritatem díligit Deus: * grátiam, et gloriam dabit Dóminus.

Non privabit bonis eos, qui ámbulant in innocentia: * Dómine virtutum, beatus homo qui sperat in te.

Gloria Patri, et Filio et Spiritui sancto.

Sicut erat in principio, et nunc et semper, &c.

Acabado el salmo, el sacerdote en pié, vuelto al lugar que roció, dice:

OREMUS.

Dómine Deus, qui licet cœlo, &c. *como está en la página 259.*

Despues en pie, bendice la primera piedra, diciendo:

℣. Adjutorium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum et terram.
℣. Sit nómen Dómini benedictum.
℟. Ex hoc nunc, et usque in sæculum.
℣. Lápidem, quem reprobaverunt ædificantes.
℟. Hic factus est in caput ánguli.
℣. Tu es Petrus.
℟. Et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.
℣. Gloria Patri, et Filio, et Spíritui sancto.
℟. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

OREMUS.

Dómine Jesu-Christe Filii Dei vivi, qui es verus omnípotens Deus, splendor et imágo æterni Patris, et vita æterna, qui es lapis angularis de monte sine mánibus abscissus, et immutábile fundamentum, hunc lápidem

collocandum in tuo nómine confirma, et tu, qui es principium et finis, in quo principio Deus Pater ab initio cuncta creavit, sis, quæsumus, principium et incrementum et consummatio ipsius óperis, quod debet ad laudem et gloriam tui nóminis inchoari. Qui cum Patre, et Spíritu sancto vivis et regnas Deus, per omnia sæcula sæculorum. ℞. Amen.

Entonces rocia la misma piedra con agua bendita; y tomando luego un cuchillo, esculpe en cada una de sus caras la señal de la cruz, diciendo:

In nómine Patris, ✠ et Filii, ✠ et Spíritus ✠ sancti. Amen.

Hecho esto, dice:

OREMUS.

Bénedic ✠ Dómine, creaturam istam lápidis, et præsta per invocationem sancti tui nóminis, ut quicumque ad hanc Ecclesiam ædificandam pura mente auxilium déderint, córporis sanitatem, et ánimæ medelam percipiant. Per Christum Dóminum nostrum. ℞. Amen.

Despues, arrodillándose el sacerdote con todos los asistentes, digánse las letanías ordinarias, sin las preces y oraciones que están al fin de ellas: y concluidas, estando prevenida la argamasa, y presente el alarife, el sacerdote en pie, comienza, y prosiguen los clerigos la siguiente:

Aña: Mane surgens Jacob erigebat lápidem in títulum: fundens oleum désuper, votum vovit Dómino: verè locus iste sanctus est, et ego nesciebam.

PSALMUS 126.

Nisi Dóminus ædificáverit domum, * in vanum laboraverunt, qui ædíficant eam.

Nisi Dóminus custodierit civitatem,* frustra vígilat qui custodit eam.

Vanum est vobis ante lucem súrgere: * súrgite postquam sederitis, qui manducatis panem doloris.

Cum déderit dilectis suis somnum: * ecce hæréditas Dómini, filii; merces, fructus ventris.

Sicut sagíttæ in manu potentis: * ita filii excussorum.

Beatus vir, qui implevit desiderium suum ex ipsis: * non confundetur cum loquetur inimicis suis in porta.

Gloria Patri, &c.

Dicho este, el sacerdote en pie, toca y pone la primera piedra en el cimiento, diciendo:

In fide Jesu-Christi collocamus lápidem istum primarium in hoc fundamento. In nómine Patris, ✠ et Filii, ✠ et Spíritus ✠ sancti, ut vigeat vera fides hic, et timor Dei, frater-

náque dilectio; et sit hic locus destinatus orationi, et ad invocandum, et laudandum nomen ejusdem Dómini nostri Jesu-Christi, qui cum Patre et Spíritu sancto vivit et regnat Deus, per omnia sæcula sæculorum.
℟. Amen.

Despues que el alarife haya asentado y compuesto con argamasa la piedra, la rocia el sacerdote, diciendo:

Asperges me Dómine hyssopo, et mundabor: lavabis me, et super nivem dealbabor.

Y luego se dice todo entero con Gloria Patri, *el salmo* Miserere mei Deus, &c.

Dicho el salmo, el sacerdote rocia con agua bendita los cimientos, si ya estubieren abiertos y si no lo estuvieren, sino solamente señalados, dá vuelta por todos ellos rociándolos. Al comenzar la aspersion, empieza y prosigue el clero la siguiente antífona.

¡O quam metuendus est locus iste! verè non est hic aliud, nisi domus Dei, et porta cœli.

PSALMUS 86.

Fundamenta ejus in móntibus sanctis: * díligit Dóminus portas Sion super ómnia tabernácula Jacob.

Gloriosa dicta sunt de te, * cívitas Dei.

Memor ero Rahab, et Babylónis * scientium me.

Ecce alienígenæ, et Tyrus, et pópulus Æthíopum, * hi fuérunt illic.

Numquid Sion dicet: Homo, et homo natus est in ea: * et ipse fundavit eam Altíssimus?
Dóminus narrabit in scriptúris populorum. et príncipum: * horum, qui fuerunt in ea.
Sicut lætantium ómnium * habitatio est in te.
Gloria Patri, &c.

Aña. O quam metuendus, &c.

En el ínterin, el sacerdote vá rociándo hasta dar vuelta á todos los cimientos abiertos ó señalados: y repetida la antífona, dice:

OREMUS.

℣. Flectamus genua. ℟. Leváte.

Omnípotens, et misericors Deus, qui sacerdótibus tuis tantam præ céteris gratiam contulisti, ut quidquid in tuo nómine dignè perfectèque ab eis ágitur, á te fieri credatur: quæsumus immensam clementiam tuam, ut quidquid modò visitaturi sumus, vísites, et quidquid benedicturi sumus bene✠dicas, sitque ad nostræ humilitatis intróitum, sanctorum tuorum méritis, fuga dœmonum, Angeli pacis ingressus. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Deus, qui ex omnium cohabitatione sanctorum, æternum majestati tuæ condis habitáculum: da ædificationi tuæ incrementa cœ-

lestia; ut quod te jubente fundatur, te largiente perficiatur. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

BENDICION DEL TABERNACULO
PARA GUARDAR EL SANTISIMO SACRAMENTO.

Con esta bendicion se bendicen los sagrarios, custodias, medias lunas y copones, los que no deben ser de cristal. (1)

El Señor Obispo ó el sacerdote con estola blanca, dice:

℣. Adjutorium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum et terram.
℣. Dóminus vobiscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

Omnípotens sempiterne Deus, majestatem tuam súpplices deprecamur, ut vásculum hoc pro córpore Filii tui Dómini nostri Jesu-Christi in eo condendo fabricatum, bene✠dictionis tuæ gratia dicare digneris. Per eumdem Dóminum nostrum, &c. Amen.

Rociélo con agua bendita.

NOTA. *Otras muchas bendiciones que se encuentran en varios libros y novenas no se ponen en este manual porque no constando suficientemente de su aprobacion, no deben usarse. Asi lo decretó la sagrada congregacion del índice.* (2)

---

(1) Barruf. tit. 23. núm. 57.
(2) 4 de Diciembre de 1725.

ADICIONES

PERTENECIENTES AL TRATADO DE BENDICIONES.

Bendicion propiamente tomada, es una ceremonia eclesiástica por la cual se pide, mediante la invocacion del Señor, algun bien. La bendicion se divide primero en aquella que se hace inmediatamente por Dios, y la que se hace por el hombre: en eclesiástica y laical: la primera tiene su valor y fuerza, por los méritos é intercesion de la iglesia, y por institucion de la misma, compete solamente á los ministros sagrados; la segunda adquiere su valor y fuerza, por los méritos y autoridad de persona que la confiere, como la que se pide á los varones santos, ó como la que los hijos piden á sus padres, pero ambas son privadas; y aquí solo se habla de la eclesiástica que se llama pública. Esta se divide por parte del ministro, en episcopal, que es la que solamente compete á los Señores Obispos (como es aquella en la que interviene el Oleo santo,) y en sacerdotal, que es aquella que está anecsa al órden sacro, y se puede hacer por cualquiera sacerdote. Por parte de la materia, ó sugeto á quien la bendicion se aplica, se divide en bendicion de personas, como la que dá el sa-

cerdote al pueblo en la misa, y bendicion de cosas, como la que se confiere á las cosas inanimadas como ornamentos, cenizas, candelas, palmas, &c. Tambien se divide en verbal y real, la primera es la que se hace por medio de los signos, y palabras solamente: y la segunda la que se hace con uncion de Oleo. Igualmente se divide en constitutiva é invocativa; la primera, es aquella por la cual se hacen sagradas las cosas que se bendicen, como iglesias, altares, cálices, copones, ornamentos &c. y la segunda es aquella por la cual se pide, para la cosa bendita, la proteccion y amparo divino, y de esta se usa para las casas, naves, banderas, campos &c. Ultimamente se divide en solemne y privada; la solemne es la que se hace con mayor aparato y pompa, interviniendo muchos ministros, como la que llaman papal, que dán los Señores Oispos en algunos dias del año, la de la fuente el Sábado de gloria, la de palmas, cenizas &c. La privada, es aquella que se hace por los sacerdotes con solo un ministro, como la bendicion del agua, rosarios, estampas, velas &c. (1)

Esto supuesto aunque todo sacerdote, en virtud del órden, tiene facultad para bende-

(1) Cuarti tít. 1.° Sectio 1.ª *De benedictionibus in génere.*

cir las cosas y las personas, pero esto debe entenderse dentro de los límites prescritos por la iglesia, pues esta es la que designa las cosas, que puede bendecir el simple sacerdote, las que tocan al párroco, y las que pertenecen á los Señores Obispos. Estos podrán bendecir, y dar facultad á otros para la verbal en que no se haya de usar del Oleo santo, por lo mismo el sacerdote que tiene esta facultad, sin restriccion alguna, podrà bendecir cuanto pueda el Señor Obispo. El párroco puede bendecir las nupcias, la fuente bautismal, las casas en el Sábado santo, y todas las mas que ván designadas á los párrocos ù otro sacerdote con su licencia. Todas las demas las podrá hacer, pública ó privadamente cualquiera sacerdote, con tal que no esté ligado con alguna censura.

Aunque las cruces é imágenes de Cristo crucificado, y lo mismo la de los santos, no necesitan de bendicion, pues sin ella son santos y adorables, y firmísimos escudos y defensa contra los demonios, pero la iglesia ha dispuesto se bendigan, para que con la bendicion, como un pùblico testimonio, se destinen á los piadosos usos que de ella hacen los fieles, y para que se les añada mayor

santificacion y virtud: y aunque algunos dudaban si la tal bendicion podria conferirse por cualquiera sacerdote, pero el decreto de la sagrada congregacion (1) quita toda duda: *Cruces altarium seu processionum, non sunt benedicendæ de præcepto; potest tamen simplex sacerdos eas benedícere privatim et non solémniter*: lo mismo debe entenderse de las imágenes de nuestra Señora y de los santos.

Cuarti afirma, (2) que si las imágenes y cruces han de servir para el culto público de alguna iglesia, entónces solo el Señor Obispo puede bendecirlas, ú otro con su licencia, como se vé en el anua que se les dá á los curas; pero si han de servir para el culto privado fuera de las iglesias, entonces cualquiera simple sacerdote las puede bendecir. En la conclusion de las bendiciones de imágenes de nuestro Señor Jesucristo ó de la Santísima Vírgen, se dirá *per eumdem Christum Dóminum nostrum*; pero en las de los demas Santos, *per Christum Dóminum nostrum.* (3)

La sagrada congregacion del índice (4) prohibió muchos ceremoniales y rituales, por

---

(1) 12 de Julio de 1704.
(2) Tit. 3. ° Sect. 14. Dub. 1. de Benedictionibus.
(3) Manual de Lopez.
(4) 4 de Diciembre de 1725.

la multitud de bendiciones que traen no aprobadas por la iglesia, y por lo mismo solo deberán usarse las que van puestas en este manual, y las que estén en el misal, ritual y pontifical romano.

En toda bendicion debe usarse sobrepelliz y estola del color del dia, á no ser que el misal ó manual pidan otro, como para bendecir el agua de que usan los fieles, que es morado. Debe arder una vela de cera, tener á la vista una cruz, agua bendita é incienso, si lo pidiere la bendicion, al fin se debe rociar con dicha agua, sin decir cosa alguna, ni en la aspersion, ni en la incensacion, porque solo son complementos del rito. (1) No es necesario que el agua toque fisicamente la cosa bendita, pues basta el contacto moral, (2) como cuando se bendice una imágen cubierta con vidriera, pues basta que á esta le toque.

El volver á bendecir una cosa que ya lo está, es pecado venial (3) y el pedir algun estipendio por bendecir las imágenes, escapularios, rosarios, &c. es simonía; pero bien puede el ministro recibir alguna gratificacion que le dén voluntariamente.

---

(1) Barruf. tit. 44. núm. 46.
(2) Barruf. Cuarti y otros.
(3) Cuarti. tit. 1.° Sec. 6. Dub. 2 de Benedict.

No deben bendecirse las imágenes deformes, las profanas, inhonestas, falsas &c. pues están roprobadas por el Sr. Alejandro VIII y otros Sumos Pontífices. (1)

Para mayor claridad de todo lo dicho, se ponen en este manual por su órden, primero, las bendiciones que pueden hacer los simples sacerdotes; segundo, las que pueden hacer los párrocos ú otros con su licencia; y tercero las que pertenecen á los Señores Obispos ó sus delegados.

NOTA. La bendicion de palmas el Domingo de ramos, deberá hacerla el mismo celebrante: asi como la de las cenizas, y la distribucion de estas; pero si el concurso del pueblo es numeroso, podrá hacerla otro sacerdote revestido solamente con sobrepelliz. El que la reparte debe estar en pie, pues solo debe sentarse el Ordinario ó el que goza el privilegio de Mitra. (2) Tambien puede recibirla en pie el superior ó rector en su iglesia. (3) Para ponersela al preste, debe ir el mas digno del coro, pero sin estola. (4)

---

(1) Barruf. tit. 70
(2) Gabant. con Merat part. 4.ª tit. 6.º núm. 14.
(3) Bauldry part 4.ª art. 2.º cap. 4. º
(4) S. C. R, 14 de Febrero de 1705.

Si por alguna necesidad se hiciere esta bendicion sin cantores, el sacerdote deberá decir las antífonas antes de la distribucion. (1) Si no hubiere algun sacerdote que se la ponga al preste, el solo volteado al altar y puesto de rodillas, la tomará y pondrá en su cabeza, sin decir cosa alguna, y esto lo hará aun cuando alguno de los ministros que lo acompañan sea sacerdote. (2) Esto mismo se observará para recibir la vela el dia de la Purificacion, y la palma el Domingo de ramos, es decir que si no hay sacerdote que la dé al preste, se hincará y la tomará del altar, y luego en pie las distribuirá al diácono, subdiácono y pueblo.

DE LAS PROCESIONES.

Las procesiones ó suplicaciones públicas y sagradas, de que la iglesia católica por instituto antiquisimo de los santos padres, acostumbra usar para ecsitar la piedad de los fieles, y recordar los beneficios de Dios, y dar gracias por ellos, ó para implorar el auxilio divino, han de celebrarse con aquella religion que es debida, pues contienen grandes y soberanos misterios, consiguiendo con ellas, los que las hacen, alcanzar de

(1) Rubr. 4. núm. 2. § 8.º
(2) Gabant. Bauldry y la Rubrica.

Dios saludables frutos, de los cuales advierta el párroco á sus feligreses en tiempos oportunos.

Procuren, primeramente los sacerdotes y demas eclesiásticos, mostrar en las procesiones aquella modestia y reverencia que se debe á tan piadosas acciones, procurando tambien la guarden todos los que asisten á ellas.

Asistan todos en hábito decente, con sobrepellices ú otras vestiduras sagradas, puestos de dos en dos, y en sus lugares con toda seriedad, modestia y devocion: y con tal atencion á las sagradas preces, que con su silencio, compostura y recogimiento en la vista, conviden al pueblo á la misma piedad y devocion.

Los legos vayan divididos de los clérigos, y las mugeres apartadas de los varones.

Llévese delante la cruz, y donde hubiere costumbre, estandarte con imágenes sagradas: no triangular, ni en forma de bandera militar.

Procuren desterrar los párrocos el abuso de comer y beber, ó llevar comidas y bebidas en las procesiones ó estaciones, y dénles á entender á los fieles, el Domingo antes de la procesion que se hubiere de hacer, cuan indecente sea esta costumbre.

Las procesiones se deben hacer antes de la misa, la cual será solemne, si no le pareciere otra cosa al Ordinario ó al clero, por alguna grave causa.

Dos diferencias hay de procesiones en el discurso del año: unas ordinarias, que manda el ritual romano que se hagan, como son en el dia de la Purificacion, Domingo de Ramos, en las letanías mayores el dia de S. Marcos, y las menores en los tres dias antes de la Ascension; en el dia de Corpus, y en otras solemnidades, segun la costumbre de la Iglesia. Otras hay extraordinarias, que se hacen por varias y públicas causas de la Iglesia. De las ordinarias, la del dia de la Purificacion y la del Domingo de Ramos, tienen su propio lugar y rùbricas en el Misal: las demas, cuya forma no es tan comun, se pondrán aqui.

PROCESION EN LAS LETANIAS MAYORES del dia de San Marcos, y en las menores de los tres dias antes de la Ascension.

A la hora acostumbrada se juntarán en la iglesia el clero y el pueblo, y todos con humilde y contrito corazon, harán por algun espacio oracion arrodillados.

El sacerdote y sus ministros estarán revestidos con amito, alba, cingulo, estola y pluvial morado, de que usará en todas las procesiones (excepto en la de Corpus, y las que

se hacen en otras solemnidades, ó en accion de gracias, en las cuales usará del color conveniente á la solemnidad de la Misa.) Los demas sacerdotes y clerigos se pondrán sobrepellices, y estando en pie ante el altar mayor, pondrá el preste incienso, que le administrará el diácono, y luego cantan la siguiente:

Aña. **Exurge, Dómine, ádjuva nos, et líbera nos propter nomen tuum.**

Psalm. **Deus áuribus nostris audívimus: * patres nostri annuntiavérunt nobis. Gloria Patri, &c.**

Repítase la antífona: y arrodillados todos delante del altar mayor, dos del clero comenzarán á cantar devotamente las letanías siguientes, respondiendo los demas en el mismo tono.

Habièndose cantado: SANCTA MARIA. Ora pro nobis, *se levantarán todos, y puestos en procesion, saldrán prosiguiendo las letanías. Irá delante el incensario y la cruz, seguirá despues el clero, y en el último lugar el sacerdote y ministros, vestidos como ya está dicho, segun la causa y lugar lo pidieren.*

Si el camino fuere largo, ó se repetirán las letanías, ó habiéndolas dicho hasta las preces exclusive, se dirán algunos salmos de los penitenciales ó graduales: advirtiendo que ni en estas ni en otras procesiones, instituidas por causa de penitencia, se digan hymnos ni cánticos de alegria.

Si se hubiere de llegar á una ó muchas iglesias, entrando en ellas se interrumpirán las letanías ó salmos, y se cantará una antífona con el verso y oracion del santo patron de aquella iglesia. Despues en saliendo, se prosiguen las letanìas con el mismo òrden hasta la Iglesia, donde acaban las preces y oraciones.

Este mismo órden se ha de guardar en las letanias menores.

LITANIÆ.

Estas letanias, hasta el Pater Noster *exclusive, se dicen tambien en la bendicion de la fuente bautismal, advirtiendo que se pueden decir todas, ó solamente lo que tiene antes una *, como lo advierte el Ritual de Paulo V.*

* Kyrie éleyson.
* Christe éleyson.
* Kyrie éleyson.
* Christe áudi nos.
* Christe exáudi nos.
* Pater de cœlis Deus. Miserere nobis.
* Filii Redemptor mundi Deus.
Miserere nobis.
* Spiritus sancte Deus. Miserere nobis.
* Sancta Trínitas unus Deus.
Miserere nobis.
* SANCTA MARIA. Ora pro nobis.
* Sancta Dei génitrix. Ora.
* Sancta Virgo vírginum. Ora.
* Sancte Míchael.
* Sancte Gábriel. Ora.
* Sancte Ráphael. Ora.
* Omnes sancti Angeli et Archángeli.
Orate pro nobis.
* Omnes sancti beatorum Spirituum órdines. Orate pro nobis.
* Sancte Joannes Baptista. Ora.

* Sancte Joseph. Ora.
* Omnes sancti Patriarchæ, et Prophetæ.
Orate pro nobis.
* Sancte Petre. Ora.
* Sancte Paule. Ora.
* Sancte Andréa. Ora.
Sancte Jacobe. Ora.
* Sancte Joánnes. Ora.
Sancte Thoma. Ora.
Sancte Jacobe. Ora.
Sancte Philippe. Ora.
Sancte Bartholomæe. Ora.
Sancte Matthæe. Ora.
Sancte Símon. Ora.
Sancte Thaddæe. Ora.
Sancte Mathía. Ora.
Sancte Bárnaba. Ora.
Sancte Luca. Ora.
Sancte Marce. Ora.
* Omnes sancti Apóstoli et Evangelistæ.
Orate pro nobis.
* Omnes sancti Discipuli Dómini. Orate.
Omnes sancti Innocentes. Orate.
Sancte Stéphane. Ora.
* Sancte Laurenti. Ora
* Sancte Vincenti. Ora.
Sancti Fabiane, et Sebastiane. Orate.
Sancti Joannes et Paule. Orate.
Sancti Cosma et Damiane. Orate.

Sancti Gervasi, et Protasi. Orate.
* Omnes sancti Mártyres. Orate.
* Sancte Silvester. Ora.
* Sancte Gregori. Ora.
Sancte Ambrosi. Ora.
* Sancte Augustine. Ora.
* Sancte Hierónyme. Ora.
* Sancte Bernarde. (1) Ora.
Sancte Martine. Ora.
Sancte Nicoláe. Ora.
* Omnes sancti Pontífices et Confessores.
Orate pro nobis.
* Omnes sancti Doctores. Orate.
* Sancte Antoni. Ora.
* Sancte Benedícte. Ora.
* Sancte Domínice. Ora.
* Sancte Francisce. Ora.
* Omnes sancti Sacerdotes, et Levitæ.
Orate pro nobis.
* Omnes sancti Mónachi et Eremitæ. Orate.
* Sancta María Magdalena. Ora.
* Sancta Agatha. Ora.
Sancta Lucia. Ora.
* Sancta Agnes. Ora.
* Sancta Cæcilia. Ora.
* Sancta Catharina. Ora.

---

(1) *El Sr. Pio VIII. por su decreto dado en 23 de Julio de* 1830, *lo elevó al grado de Dr.*

* Sancta Anastasia. Ora.
* Omnes sanctæ Vírgines et Viduæ. Orate.
* Omnes Sancti et sanctæ Dei.
Intercédite pro nobis.
* Propitius esto. Parce nobis Dómine.
* Propitius esto. Exáudi nos Dómine.
* Ab omni malo. Líbera nos Dómine.
* Ab omni peccato. Líbera.
Ab ira tua. Líbera.
A subitanea, et improvisa morte. Líbera.
Ab insidiis diáboli. Líbera.
Ab ira, et ódio, et omni mala voluntate.
Líbera nos Dómine.
A spiritu fornicationis. Líbera.
A fúlgure, et tempestáte. Líbera.
* A morte perpétua. Líbera.
* Per mysterium sanctæ Incarnationis tuæ.
Líbera nos Dómine.
* Per adventum tuum. Líbera.
* Per nativitatem tuam. Líbera.
* Per baptismum, et sanctum jejunium tuum. Líbera.
* Per crucem, et passionem tuam. Líbera.
* Per mortem, et sepulturam tuam. Líbera.
* Per sanctam resurrectionem tuam.
Líbera nos Dómine.
* Per admirábilem ascensionem tuam.
Líbera nos Dómine.

* Per adventum Spiritus sancti Paráclyti.
Líbera nos Dómini.
* In die Judicii. Líbera.
* Peccatores. Te rogamus áudi nos.
* Ut nobis parcas. Te rogamus.
Ut nobis indulgeas. Te rogamus.
* Ut ad veram pœnitentiam nos perdúcere digneris. Te rogamus.
* Ut Ecclesiam tuam sanctam, régere, et conservare digneris. Te rogamus.
* Ut domnum Apostólicum, et omnes Ecclesiásticos òrdines in sancta religione conservare digneris. Te rogamus.
* Ut inimicos sanctæ Ecclesiæ humiliare digneris. Te rogamus.
* Ut régibus. et princípibus Christianis pacem, et veram concordiam donare digneris. Te rogamus.
Ut cuncto pópulo Christiano pacem, et unitatem largiri digneris. Te rogamus.
* Ut nosmetipsos in tuo sancto servitio confortare, et conservare digneris.
Te rogamus audi nos.
Ut mentes nostras ad cœlestia desideria érigas. Te rogamus.
* Ut ómnibus benefactóribus nostris sempiterna bona retribuas. Te rogamus.
Ut ánimas nostras, fratrum, propinquo-

rum, et benefactorum nostrorum ab æterna damnatione eripias. Te rogamus.

e Ut fructus terræ dare, et conservare digneris. Te rogamus.

* Ut ómnibus fidélibus defunctis requiem æternam donare digneris. Te rogamus.

* Ut nos exáudire digneris. Te rogamus.

* Fili Dei. Te rogamus.

* Agnus Dei, qui tollis peccata mundi.
Parce nobis Dómine.

e Agnus Dei, qui tollis peccata mundi.
Exáudi nos Dómine.

* Agnus Dei, qui tollis peccata mundi.
Miserere nobis.

* Christe áudi nos. Christe exáudi nos.

* Kyrie éleyson. Christe éleyson.
Kyrie éleyson. Pater noster, (*secreto.*)

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed líbera nos á malo.

PSALMUS 69.

Deus in adjutorium meum intende: * Dómine ad adjuvandum me festína.

Confundantur, et revereantur, * qui quærunt animam meam.

Avertantur retrórsum, et erubescant, * qui volunt mihi mala.

Avertantur státim erubescentes, * qui dicunt mihi: Euge, euge.

Exultent, et lætentur in te omnes, qui quærunt te, * et dicant semper: magnificetur Dóminus: qui díligunt salutare tuum.

Ego verò egenus et pauper sum: * Deus ádjuva me.

Adjutor meus, et liberator meus es tu: * Dómine ne moreris.

Gloria Patri, &c. Sicut erat in principio, &c.

℣. Salvos fac servos tuos.

℟. Deus meus sperantes in te.

℣. Esto nobis Dómine turris fortitúdinis.

℟. A facie inimici.

℣. Nihil proficiat inimicus in nobis.

℟. Et filius iniquitatis non apponat nocére nobis.

℣. Dómine non secundum peccata nostra facias nobis.

℟. Neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis.

℣. Oremus pro Pontífice nostro N.

℟. Dóminus conservet eum, et vivíficit eum, et beatum faciat eum in terra, et non tradat eum in ánimam inimicorum ejus.

℣. Oremus pro benefactoribus nostris.

℟. Retribuere dignare, Dómine, omnibus nobis bona facientibus propter nomen tuum vitam æternam. Amen.

℣. Oremus pro fidelibus defunctis.

℟. Requiem æternam dona eis Dómine, et lux perpetua luceat eis.
℣. Requiescant in pace.
℟. Amen.
℣. Pro frátribus nostris abséntibus.
℟. Salvos fac servos tuos, Deus meus, sperantes in te.
℣. Mitte eis, Dómine, auxilium de sancto.
℟. Et de Sion tuere eos.
℣. Dómine exáudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Deus, cui proprium est misereri semper et párcere: súscipe deprecationem nostram: ut nos et omnes fámulos tuos, quos delictorum catena constringit, miseratio tuæ pietatis clementer absolvat.

Exaudi, quæsumus Dómine, súpplicum preces; et confitentium tibi parce peccatis: ut páriter nobis indulgentiam tribuas benignus et pacem.

Ineffábilem nobis Dómine misericordiam tuam clementer ostende: ut simul nos et á peccatis omnibus exuas, et á pœnis, quas pro his meremur, eripias.

Deus, qui culpa offénderis, pœnitentia placaris; preces pópuli tui supplicantis propitius réspice: et flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis nostris meremur, averte.

Omnípotens sempiterne Deus, miserere fámulo tuo Pontífici nostro N. et dírige eum secundum tuam clementiam in viam salutis æternæ: ut te donante tibi plácita cupiat, et tota virtute perficiat.

Deus, á quo sancta desideria, recta consilia, et justa sunt ópera, da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem; ut et corda nostra mandatis tuis dédita, et hostium sublata formídine, témpora sint tua protectione tranquilla.

Ure igne sancti Spíritus renes nostros, te cor nostrum, Dómine: ut tibi casto córpore serviamus, et mundo corde placeamus.

Fidelium Deus omnium cónditor et redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum: ut indulgentiam quam semper optaverunt, piis supplicationibus consequantur.

Actiones nostras, quæsumus Dómine, aspirando præveni, et adjuvando proséquere: ut cuncta nostra oratio et operatio á te semper incipiat, et per te cœpta finiatur.

Omnípotens sempiterne Deus, qui vivorum dominaris simul et mortuorum, omniumque misereris, quos tuos fide et ópere futuros esse prænoscis; te súpplices exoramus, ut pro quibus effúndere preces decrévimus, quosque vel præsens sæculum ádhuc in carne rétinet, vel futurum jam exutos córpore suscepit, intercedentibus ómnibus Sanctis tuis, pietatis tuæ clementia, omnium delictorum suorum veniam consequantur. Per Dóminum, &c.

℣. Dóminus vobiscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

℣. Exáudiat nos omnípotens, et misericors Dóminus.

℟. Amen.

℣. Et fidelium ánimæ per misericordiam Dei requiescant in pace.

℟. Amen.

PROCESION EN EL DIA DE CORPUS.

Adórnense las Iglesias y calles por donde ha de pasar esta procesion, con tapetes y doceles, é imágenes sagradas, y no con las profanas, ni con adornos indecentes.

El sacerdote celebre Misa antes de la procesion; y si ya no estuviere colocado el Santìsimo Sacramento en su ta-

bernáculo, se consagran dos hostias, una que ha de recibir, y otra que pondrá en la custodia dentro de una luneta, con cristales por ambas partes, para que la adore el pueblo: y estará cubierta con un velo, hasta que se quite del altar.

Acabado el sacrificio, y comenzada la procesion con el órden que se dijo en la página 298, el sacerdote revestido con pluvial blanco, y arrodillado en la grada del altar, habiendo antes puesto incienso sin bendicion, inciensa tres veces el Sacramento. Despues el diácono le pone sobre los hombros un velo de seda, y con las partes que penden delante del pecho, toma con ambas manos la custodia, la cual le dará en pie el mismo diácono, estando el sacerdote arrodillado en la primera grada del altar. Luego sube á él, y teniendo el Sacramento delante del rostro, se vuelve al pueblo, y baja del altar debajo del pálio, acompañandole los ministros, y dos acólitos ó clerigos sin estolas, incensando por delante del Santìsimo Sacramento.

Todos irán descubiertos con círios encendidos en las manos: y habiendo bajado el sacerdote del altar, comenzará él ó el clero el himno: Pange lingua gloriosi, &c. *Y si la longitud del camino fuere mucha, se cantarán los demas del oficio del dia:* Sacris solemniis &c. Verbum supernum &c. *con los del dia de la Ascension:* Salutis humanæ Sator, &c. Æternæ Rex altissime, &c. Te Deum laudamus, &c. *Acabada la procesion, vuelto el Santisimo Sacramento á la Iglesia, y puesto sobre el altar, todos los eclesiásticos que se hallaren presentes se arrodillarán de una y otra parte de él, adorandolo reverentes, y mientras el sacerdote lo inciensa como es costumbre, cantan:* Tantum ergo Sacramentum, &c. Genitori Genitoque &c. *y luego dicen los clerigos:*

℣. **Panem de Cœlo præstitisti eis Alleluja.**
℟. **Omne delectamentum in se habentem, Alleluja.**

Nota: *Este mismo versículo se dirá en toda la octava.*

Y puesto en pie el sacerdote, con las manos juntas ante el pecho, dice: Oremus. *Y luego la oracion:* Deus qui nobis &c. *como está en el folio* 67, *despues, habiendo hecho genuflexion, toma la custodia y bendice una vez al pueblo con el Santìsimo en forma de cruz, y lo vuelve á poner, sobre el altar ó á encerrar en el sagrario con toda reverencia. Y este modo de bendecir se guardará tambien en las demas procesiones que se hicieren con el Santìsimo Sacramento.*

PROCESION PARA PEDIR LLUVIAS.

En todo guárdese el órden que en las letanias mayores, fólio 297 *hasta el fin de ellas, en cuyas preces despues del* ℣. Ut ómnibus fiidelibus defucntis &c. *se dirá dos veces:*

℣. Ut congruentem pluviam fidelibus tuis concédere digneris.

℟. Te rogamus áudi nos

Y despues en el fin:

Pater noster. &c.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed líbera nos á malo.

PSALMUS 146.

Laudate Dóminum quoniam bonus est psalmus: * Deo nostro sit jucunda decoráque laudatio.

Ædíficans Jerúsalem Dóminus: * dispersiones Israelis congregabit.

Qui sanat contritos corde: * et álligat contritiones eorum.

Qui númerat multitúdinem stellarum:* et ómnibus eis nómina vocat.

Magnus Dóminus noster, et magna virtus ejus: * et sapientiæ ejus non est númerus.

Suscipiens mansuetos Dóminus: * humilians autem peccatores usque ad terram.

Præcínite Dómino in confessione: * psállite Deo nostro in cíthara.

Qui óperit cœlum núbibus: * et parat terræ pluviam.

Qui producit in móntibus fœnum, * et herbam servituti hóminum.

Qui dat jumentis escam ipsorum, * et pullis corvorum invocantibus eum.

Non in fortitudine equi voluntatem habebit: * nec in tibiis viri beneplácitum erit ei.

Beneplácitum est Dómino super timentes eum: * et in eis qui sperant super misericordia ejus.

Gloria Patri, et Filio, et Spíritui sancto.

Sicut erat in principio, &c.

℣. Operi Dómine cœlum núbibus.

℟. Et para terræ pluviam,

℣. Ut producat in móntibus fœnum.

℟. Et herbam servituti hóminum.

℣. Riga montes de superioribus tuis.

℟. Et de fructu óperum tuorum satiábitur terra.

℣. Dómine exáudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dóminus vobiscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

Deus, in quo vívimus, movemur, et sumus: pluviam nobis tribue congruentem; ut præséntibus auxiliis sufficienter adjuti, sempiterna fiducialius appetamus

Præsta quæsumus omnípotens Deus: ut qui in afflictione nostra de tua pietate confidimus, contra adversa omnia tua semper protectione muniamur.

Da nobis, quæsumus Dómine, pluviam salutarem, et áridam terræ faciem fluentis cœlestibus dignanter infunde. Per Dóminum nostrum Jesum-Christum, &c.

℣. Dóminus vobiscum.
℟. Et cum spíritu tuo.
℣. Benedicamus Dómino.
℟. Deo gratias.
℣. Exáudiat nos omnípotens, et misericors Dóminus.
℟. Amen.
℣. Fidelium ánimæ per misericordiam Dei, requiescant in pace.
℟. Amen.

PROCESION PARA PEDIR SERENIDAD.

En todo guárdese el òrden que en las letanías mayores, folio 297 y en las preces, despues del ℣ Ut ómnibus fidelibus defunctis, &c. *se dira dos veces:*

℣. Ut fidelibus tuis áeris serenitatem concédere digneris.

℟. Te rogamus áudi nos.

Al fin de las preces, se dirá.

Pater noster. &c.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

Debe el cura tener presente las penas en que incurren los jueces seculares que extraen á los reos de lugares sagrados, para advertirselas y ponderarles su gravedad, para que desistan de su intento. Lo primero, cometen gravísima culpa mortal, ofendiendo á la Divina Magestad en profanacion y violacion de su casa y templo, y por esto el derecho civil los condenaba á muerte, pero esta pena no está en uso: por el derecho canonico esta pena queda al arbitrio del Obispo, que pon-

derada la cualidad del delito, y la condenacion del delincuente le impone la pena correspondiente, asi personal como pecuniaria, que suele ser treinta libras de plata; aunque en esto siempre hay mas moderacion. También les impone pública penitencia, y por la Bula Gregoriana son al punto excomulgados, como lo declaró Clemente VIII. y Paulo V. y estas penas no solo las incurren los jueces que los mandan sacar, aunque de hecho no los saquen, si intentaron romper ó abrir las puertas de la iglesia, y por haber hallado resistencia en los clérigos, no los sacaron, ó si entraron á buscarlos en la iglesia, y no los hallaron; sino tambien todos los ministros que concurren á ello, y cualquiera persona particular que los ayudase para esto: y de esta excomunion solo pueden absolver los Obispos y los que tuviesen sus veces.

Suele algunas veces, cuando han muerto violentamente á alguno, para averiguar el cuerpo del delito y reconocer las heridas, mandar la justicia seglar desenterrar el cuerpo; y si está sepultado en sagrado, deben primero pedir licencia al juez eclesiástico: y aunque Bobadilla dice, que este no la puede dar, porque si se sigue despues la muerte del agresor, quedará irregular; con venia de tanto varon todo esto es falso, pues todos los

autores que citaremos, dicen, y la práctica es, que ántes de desenterrar el cuerpo se pida licencia al juez eclesiástico, como dueño de aquel lugar; y aunque este la dé, y despues se siga la muerte del agresor, no por eso incurre en irregularidad, porque la accion de permitir desenterrar el cuerpo y registrar las heridas es muy remota para la muerte que se ha de seguir á dicho agresor; y esta pena solo se incurre por accion próxima é influente, como bien resuelve Diana con muchos. El cura, como no es juez ordinario, no puede dar esta licencia; si se la pidiesen los jueces seglares, responda que acudan al Obispo, á quien toca darla; y si amenazasen con violencias de romper las puertas de la iglesia, protésteles las penas en que incurren, y por obviar escándalos retírese á su casa y no cierre la iglesia; y si la justicia seglar de hecho desenterrase el cadáver, dé cuenta á su prelado, que él pondrá el remedio conveniente, y no se esponga á tumultos ni escándalos, que facilmente se originan de estas acciones. (1)

---

(1) Estas doctrinas están copiadas de Cantero en su directorio parroquial, lib. 3.º cap. 14.

Asilos designados en el Obispado de Puebla, por el Illmo. Sr. D. Victoriano Lopez Gonzalo, en su edicto de 2 de Septiembre de 1774, *cuyo párrafo principal dice así:*

Usando, pues, de esta facultad (la concedida por el Sumo Pontífice Clemente XIV. en 12 de Septiembre de 1775.) con arreglo á lo prevenido en la citada real cédula, (del rey D. Cárlos III. fecha 2 de Noviembre de 1773) y de acuerdo con el Exmo. Sr. Vicepatrono, Virey, Gobernador y Capitan general de esta Nueva España, por el presente elegimos y señalamos por asilo de sagrada inmunidad en nuestra capital de la Puebla *las parroquias de Sr. S. José y S. Marcos* con sus cementerios respectivos, con espresa exclusion de las demás parroquias ó iglesias de la misma capital; de suerte que desde el dia de la publicacion de este edicto, tampoco gozará del privilegio de inmunidad y asilo nuestra santa iglesia, que no asignamos por estar tan cercano á la real cárcel y contigua á la plaza pública; y en las demás ciudades, villas y lugares de nuestro obispado, asignamos únicamente *las iglesias parroquiales cabeceras* incluyendo en estas, la iglesia del pueblo de S. Cárlos, *alias* nuestra Señora de Guadalupe, por gobernarse por un ministro

que en él hay con residencia fija, con total independencia de curato alguno; y así mismo la iglesia principal de cada uno de los pueblos pertenecientes á dichas cabezeras que distaren de ellas cuatro ó mas leguas, con sus respectivos cementerios. Y atento á haber dos parroquias en la ciudad de Cholula, señalamos para el goce de inmunidad la titular de *S. Pedro.* En la villa de Atlixco que igualmente hay otras dos, asignamos para el referido indulto de inmunidad, la *parroquia de españoles;* y lo mismo en los pueblos de Izucar y Jalapa de la feria tambien *la de españoles*, quedando como quedan excluidas la de S. Andres Cholula, por reputarse esta para el efecto como dentro de la misma ciudad, y por la misma razon se excluyen las parroquias de indios de los barrios de Acapetlahuacan de Atlixco y S. José de la laguna en Jalapa y la de los naturales en Izucar.

EXORCISMO
contra las tempestades de rayos y granizos.

El sacerdote revestido con sobrepelliz y estola morada, teniendo una cruz por delante, dice:

Per signum ✠ Crucis, de inimícis ✠ nostris, líbera nos ✠ Deus noster. In nómine Patris, ✠ et Filii, et Spíritus sancti. Amen.

Credo in Deum Patrem, &c.
Kyrie eléyson.
Christe eléyson.
Kyrie eléyson.
Pater noster, &c.
℣. Adjutorium nostrum in nómine Dómini
℟. Qui fecit cœlum et terram.
℣. Sit nomen Dómini benedictum.
℟. Ex hoc nunc et usque in sæculum.
℣. Exúrgat Deus, et dissipéntur inimici ejus.
℟. Et fúgiant qui odérunt eum, á fácie ejus.
℣. Exúrge Christe, ádjuva nos.
℟. Et líbera nos propter nomen tuum.
℣. Dómine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobiscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

Dómine Jesu-Christe, qui fecísti cœlum et terram mare, et ómnia quæ in eis sunt; quique flúmini Jordani benedixísti, atque in eo baptizári voluisti, et tuas sanctíssimas manus, et bráchia sacratíssima in cruce extendísti, quibus áerem sanctificasti: obsecramus immensam pietátis et bonitátis tuæ abundántiam quátenus has nubes, quas ante me, et post me, et supra me á dextris, et á sinis-

tris vídeo áerem perturbáre, dissólvere et annihiláre digneris: ut alligata potéstas dæmonum ímpie desæviéntium deficiat et turbetur, ad laudem tui sanctissimi nóminis, et potentíssimæ majestatis tuæ. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritus sancti Deus, per ómnia sæcula sæculorum.

℟. Amen.

Despues vuelto ácia la nube la signa con la señal de la cruz, diciendo:

Circumdet te nubes Deus ✠ Pater. Circumdet te Deus Filius. Circumdet te Deus Spíritus ✠ sanctus. Déstruat te Deus ✠ Pater. Déstruat te Deus ✠ Filius. Déstruat te Deus Spíritus ✠ sanctus. Comprimat te Deus ✠ Pater. Comprimat te Deus ✠ Filius. Comprimat te Deus Spíritus ✠ sanctus. Amen.

Obsecratio. Sanctus Mathæus, Sanctus Marcus, Sanctus Lucas, Sanctus Joannes Evangelista, qui Christi Evangelium per quatuor mundi partes divulgarunt, ipsi suis méritis et précibus, hanc tempestatem á término isto, et ab ómnibus christianorum finibus, ab eodem Dómino nostro Jesu Christo obtíneant effugari et depelli.

EXORCISMUS.

Et ego peccator, et Christi sacerdos seu minister licet indignus, auctoritati et virtute

ejusdem Dei et Dómini nostri Jesu-Christi summi Imperatoris, non mea potentia innixus et confisus vobis præcípio immundíssimi spíritus, qui has nubes seu nébulas concitatis, in virtute ejusdem Dei et Dómini nostri Jesu-Christi, per ✠ sanctissimam ejus Incarnationem, per sanctam Nativitatem, per Baptismum et Jejunium ipsíus, per ejus sanctissimam Crucem ✠ et Passionem, per sanctam Resurrectionem, per admirábilem Ascensionem, per tremendum Advéntum ejus et Judícium, per mérita intemerátæ sempérque Vírginis Mariæ, et sanctíssimi N. et per mérita ómnium Sanctorum, ut exeátis ab eis, et eas dispergátis in locis silvéstribus et incúltis; quátenus nocére non possint homínibus, animálibus, frúctibus, herbis, arbóribus, aut quibúscumque rebus humánis úsibus deputátis. Per eúmdem Dóminum nostrum Jesum-Christum qui venturus et judicáre vivos et mortuos, et sæculum per ignem. Amen. Ipse vobis ímperat, dœmones, qui has nubes commovetis, de quo de nube lúcida dictum est: Hic est Filius meus diléctus. in quo mihi bene complácui. ✠ Ipse vobis ímperat, qui sua sacratíssima Cruce, et córporis sui sanctissimi in ea extensione áerem purgavit. ✠ Ipse vobis ímperat, qui per mortem suam vos, príncipem vestrum, mortémque devicit

et ligávit, atque æternæ gehénnæ mancipávit ígnibus. ✠ Ipse vobis ímperat, qui inferno spoliáto surrexit á mórtuis. ✠ Ipse vobis ímperat, qui post quadragínta dies nube suscéptus, virtute sua ascéndit in cœlum. ✠ Ipse vobis ímperat, qui venturus est judicare vivos et mortuos, et sæculum per ignem. Amen.

Y despues muetra la cruz en el aire, diciendo:

Ecce lignum sanctíssimæ Crucis, fùgite partes advérsæ: vicit enim vos et mundum Dóminus noster Jesus Christus Fílius Dei, Imperator summus, leo de tribu Juda, radix David.

Rocie en forma de cruz con agua bendita en las cuatro partes laterales diciendo las letanias si no hubiere cesado la tempestad.

℣. Benedicamus Patrem et Filium cum sancto Spíritu.
℟. Laudemus et superexaltémus eum in sæcula.
℣. Ora pro nobis sancta Dei génitrix.
℟. Ut digni efficiamur promissiónibus Christi.
℣. Exurge Christe, ádjuva nos.
℟. Et líbera nos propter nomen tuum.
℣. Dómine exáudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobiscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

Omnípotens sempiterne Deus, qui dedisti famulis tuis in confessione veræ fidei, æternæ Trinitatis gloriam agnóscere. et in potentia majestatis adorare unitatem: quæsumus, ut ejusdem fidei firmitate, ab ómnibus semper muniamur adversis.

OREMUS.

Prótege Dómine fámulos tuos subsidiis pacis, et beatæ Mariæ semper vírginis patrocinio confidentes, á cunctis hóstibus et perículis redde secúros.

OREMUS.

A Domo tua, quæsumus Dómine, spiritales nequitiæ repellantur, et aerearum discedat malígnitas tempestatum.

OREMUS.

Ad te nos, Dómine clamantes exáudi, et aeris serenitatem nobis tribue supplicántibus: ut qui justè pro peccatis nostris affligimur, misericordia tua præveniente, clementiam sentiamus.

OREMUS.

Largiri et conservare fructus terræ dignare

Dómine Deus noster: ut temporálibus gaudeamus auxiliis, et proficiamus spirituálibus incrementis. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

EXORCISMO

para las casas molestadas por los espiritus malignos.

El sacerdote vestido con sobrepelliz y estola morada, dice:

In nómine Patris, ✠ et Filii, ✠ et Spíritus ✠ sancti. Amen.

℣. Adjutorium nostrum in nómine Dómini.

℟. Qui fecit cœlum et terram.

℣. Dóminus vobiscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

Omnípotens sempiterne Deus: qui sacerdotibus tuis tantam gratiam contulisti, ut quidquid in tuo nómine digne, perfectéque ab eis ágitur, á te fieri credatur: quæsumus immensam clementiam tuam, ut quidquid modo visitaturi sumus, vísites, et quidquid modo benedicturi sumus, bene✠dícas, et ad ea quæ acturi sumus, déxteram tuæ potentiæ extendas; sintque ad nostræ humilitatis introitum, sanctorum tuorum méritis, fuga dœmonum, et Angeli pacis ingressus. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

OREMUS.

Deus Angelorum, Deus Archangelorum, Deus Prophetarum, Deus Apostolorum, Deus Mártyrum, Deus Confessorum, Deus Vírginum, et omnium bene viventium: Deus et Pater Dómini nostri Jesu-Christi, te invoco, et nomen sanctum tuum, ac præclaræ majestatis tuæ clementiam supplex deposco, ut mihi auxilium præstare digneris adversus nequíssimum spíritum, ut ubicumque sit, audito nómine tuo velóciter exeat, et recedat. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

CONJURATIO.

Adjuro te serpens antique, per júdicem vivorum et mortuorum, per factoren mundi, qui habet potestatem míttere in gehennam, ut ab hac domo festínus discedas. Ipse tibi ímperat maledicte diábole, qui ventis, ac mari, et tempestátibus imperavit. Ipse tibi ímperat, qui te de supernis cœlorum in inferiora terræ demergi præcepit. Ipse tibi ímperat, qui te retrorsum abire præcepit. Audi ergo sátana, et time, et victus et prostratus recede, adjuratus in nómine Dómini nostri Jesu-Christi, qui venturus est judicare vivos et mortuos, et sæculum per ignem. ℟. Amen.

Despues el sacerdote diga los quince salmos graduales, en esta forma: primeramente dice los cinco primeros, conviene á saber: 119, 120, 121, 122 y 123. *Al fin de cada uno se dice:* Gloria Patri &c. *y mientras los vá diciendo irá rociando con agua bendita los lugares de la casa. Acabados estos cinco salmos, dice:*

Kyrie eléyson.
Christe eléyson.
Kyrie eléyson.
Pater noster. &c.
℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed líbera nos á malo.
℣. Dómine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dòminus vobiscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

Domum tuam Dómine clementer ingrédere, et in tuorum córdibus fidelium, perpetuam tibi construe mansionem: et præsta, ut in hac domo nulla malignorum spírituum dominetur nequitia. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Dicha esta oracion y rociando asimismo los lugares de la casa, se dicen tambiem con Gloria Patri, *los otros cinco salmos siguientes:* 124, 125, 126, 127 y 128. *Y acàbados dirá el sacerdote:*

Kyrie eléyson.
Christe eléyson.
Kyrie eléyson.
Pater noster &c.
℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed líbera nos á malo.
℣. Dómine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobiscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

Omnípotens sempiterne Deus, qui in omni loco dominationis tuæ totus assistis, totus operaris: adesto supplicationibus nostris, ut hujus domus sis protector, et nulla hic nequitia contrariæ potestatis obsistat, sed virtute Spíritus sancti et operatione, fiat tibi hic primum servitium, et devota libertas existat. Per Christum Dómimun nostrum. ℟. Amen.

Acabada esta oracion y siempre rociando con agua bendita los lugares de la casa, se dicen tambien con Gloria Patri, *los últimos cinco salmos* 129, 130, 131, 132 *y* 133. *Y acabados dirá el sacerdote:*

Kyrie eléyson.
Christe eléyson.
Kyrie eléyson.
Pater noster &c.
℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed líbera nos á malo.
℣. Dómine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobiscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

Deus, qui in omni loco dominationis tuæ custos et protector assistis, exaudi nos, quæsumus, ut inviolábilis hujus domus permaneat bene✠dictio, et beneficia tui múneris, univérsitas quæ súpplicat mereatur. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Despues, en el principal lugar de la casa, diga el evangelio siguiente:

℣. Dóminus vobiscum.
℟. Et cum spíritu tuo.
℣. Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam.
℟. Gloria tibi Dómine.

In illo témpore: Ingressus Jesus, perambulabat Jéricho. Et ecce vir nómine Zachæus, et hic prínceps erat publicanorum, et ipse dives. Et quærebat vidére Jesum, quis esset, et non póterat præ turba, quia statura pusillus erat. Et præcurrens ascendit in árborem sycómorum, ut vidéret eum, quia inde erat

transitúrus. Et cum venisset ad locum, suspiciens Jesus, vidit illum, et dixit ad eum: Zachæe festínans descende, quia hodie in domo tua oportet me manére. Et festínans descendit, et excepit illum gaudens. Et cum vidérent omnes murmurabant, dicentes, quod ad hóminem peccatorem divertisset. Stáns autem Zachæus, dixit ad Dóminum: Ecce dimidium bonorum meorum, Dómine, dó paupéribus, et si quid áliquem defraudavi, reddo quádruplum. Ait Jesus ad eum: Quia hodie salus domui huic facta est: eo quod, et ipse filius sit Abrahæ. Venit enim filius hóminis quærere; et salvum fácere, quod perierat. ℟. Laus tibi Christe.

Despues se bendice el incienso de este modo:

Per intercessionem beati Michaelis Archángeli stantis á dextris altaris incensi, et omnium electorum suorum; incensum istud dignetur Dóminus bene✠dícere, et in odórem suavitatis accípere. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Despues el sacerdote ponga incienso en el incensario, é inciense la casa diciendo:

Incensum istud á te benedictum ascendat ad te Dómine, et descendat super nos misericordia tua.

℣. Dóminus vobiscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

Vísita, quæsumus Dómine, habitationem istam, et omnes insidias inimici ab ea longe repelle, Angeli tui sancti hábitent in ea, qui nos in pace custodiant, et benedictio tua sit super nos semper. Per Dóminum nostrum Jesum-Christum, &c. ℟. Amen.

Despues bendiga la casa y á sus habitadores, diciendo:

Benedictio Dei omnipotentis Pa✠tris et Fi✠lii, et Spíritus ✠ sancti descendat super hanc domum, et omnes habitantes in ea, et maneat semper. ℟ Amen.

Rociéla con agua bendita.

EXORCISMO
CONTRA LOS ENDEMONIADOS.

El sacerdote. ú otro legítimo ministro de la iglesia, que hubiere de exorcizar á algun endemoniado, debe adornarse de aquella prudencia é integridad de vida que es necesaria: ejercitando este pio ministerio constante y humildemente, ageno de todo afecto humano, y fiando solamente en la virtud divina. Y es decente que sea hombre de edad madura, y que no solo por su oficio, sino por la gravedad de sus costumbres mueva á veneracion y respeto.

Para ejercer rectamente su ministerio, procure entender, ademas de los documentos que aquí se apuntan, otros muchos que atendiendo á la brevedad se omiten, y el uso y aprobados autores enseñan.

Lo primero, no crea fácilmente que está endemoniado aquel que no diere las manifiestas señales con que se distinguen los que lo están de los melancólicos, y de otros que padecen semejantes enfermedades: las señales son, hablar muchas palabras en lengua estraña, ó entender á los que la hablaren: descubrir lo oculto, y conocer lo distante: mostrar mas fuerzas de las que su edad y naturaleza requieren: y otras de este género, las cuales concurriendo en mas número, dán indicios mayores.

Para alcanzar mas bien este conocimiento, despues de haberle hecho algun exorcismo al energúmeno, le preguntará ¿qué siente en su ánimo ó en el cuerpo? para que entendido de las palabras con que se conturban y asombran los demonios, las repita otras muchas veces.

Advierta el exorcista las astucias y engaños con que puede el demonio querer alucinarle ó burlarle; porque ordinariamente suele responder mentiras, y manifestarse con dificultad, para que fatigado el exorcista, de-

sista de su piadoso intento, pareciéndole que no está endemoniado el enfermo. Otras veces, cuando ya está conocido, se esconde y deja el cuerpo como libre de toda molestia, para que el enfermo piense que ya le ha dejado; pero no por eso debe cesar el exorcista, hasta que reconozca señales de que ya queda libre. Otras ocasiones pone el demonio cuantos impedimentos puede, para que el enfermo no se sujete á los exorcismos, y procura persuadir que aquella enfermedad es natural: y otras, en medio del exorcismo hace dormir al enfermo, representándole visiones, y apartándose para que parezca ya le ha dejado. Algunos demonios suelen decir que es maleficio ó hechizo, señalando las personas que lo han causado, y el modo con que puede curarse; pero advierta el ministro que no por esto puede recurrir á hechiceros ó á brujas, ni á otras personas, sino á los ministros de la iglesia; ni permitir se use de alguna supersticion.

El exorcista, debe portarse con toda atencion y cautela, y acordarse, de que Cristo nuestro Señor dijo que *habia un género de demonios, que no se expelen sino con oracion y ayuno:* (1) y así usará, ya por si, y

(1) Matth. cap. 17. V. 20.

ya por otros, de estos dos principales remedios.

Llévese el energúmeno á la iglesia, y allí se exorcizará: pero si estuviere enfermo, ó fuere persona noble, ó hubiere otra justa causa, le podrán exorcizar en casas particulares.

Amonéstese al endemoniado, si estuviere en su juicio y con fuerzas para ello, que se encomiende á Dios, ayune, y reciba con frecuencia los sacramentos de la penitencia y sagrada Eucaristía, lo cual se deja al arbitrio del sacerdote: y que mientras le exorcizan ponga el corazon en Dios, y con fé viva y humildad perfecta le pida la salud; y que cuando con mayor rigor fuere atormentado, lo lleve con paciencia, no desconfiando del favor divino. Tenga en las manos un crucifijo, y si hubiere algunas reliquias de santos póngaselas con reverencia en el pecho ó en la cabeza, bien atadas y seguras, procurando que todas las cosas sagradas no se traten indignamente, y que nunca les haga el demonio alguna injuria.

No se distraiga el exorcista, ni hable demasiadamente, ó haga preguntas vanas y curiosas, principalmente acerca de cosas

hurtadas ú ocultas, y que no tocan à su ministerio.

Las preguntas necesarias son acerca del número y nombres de los espíritus que están en el energúmeno, el tiempo en que entraron, la causa, y otras cosas de esta forma. Refrene y desprecie el exorcista las burlas y risas del demonio y de los circunstantes, los cuales deben ser en poco número, y amonésteles que rueguen instante y humildemente á Dios por el enfermo.

Haga los exorcismos y léalos con imperio y autoridad, con fé grande, humildad y fervor: y cuando viere que se atormenta el espíritu malo, entonces inste mucho mas. Y todas las veces que advirtiere que el endemoniado se mueve, ó siente algun dolor en alguna parte del cuerpo, ó que se levanta algun tumor ó hinchazon, hágale la señal de la cruz, y rociélo con agua bendita: la cual siempre ha de tener preparada el que exorciza.

Observe tambien á que palabras se conturba y teme mas el demonio, y repítalas muchas veces, y cuando llegare á amenazarlo, hágalo algunas veces, aumentando siempre la pena: y si viere que aprovecha, persevere en ello por dos, tres, ó cuatro horas, ó

por mas tiempo si pudiere hasta que consiga la victoria.

El que exorcizare á alguna muger, estará acompañado de algunas personas honestas que la tengan cuando la atormentare el demonio, procurando si las hubiere, que tengan algun parentesco con la enferma: y procure el exorcista que no diga ó haga cosa que así á él como á otros pueda ser ocasion de malos pensamientos.

Mientras exorciza use antes de las palabras de la sagrada escritura, que de las suyas ó agenas. Mándele al demonio que diga si está detenido en aquel cuerpo por algun maleficio ó hechizo, ó por otras señales ó instrumentos: los cuales, si los hubiere recibido por la boca el endemoniado, los vomite; y si estuvieren en otra parte fuera del cuerpo, declare donde están, y habiendolos hallado quémense. El exorcista amonéstele tambien al energúmeno, que le descubra enteramente todas sus tentaciones.

Siempre que ya quede libre el energúmeno, se le advertirá que se guarde de todo pecado, y no dé nueva ocasion al demonio para que se le vuelva á introducir, y sea peor la vuelta que la primera entrada. Esto supuesto se guardará esta forma en los exorcismos.

Lo primero, el sacerdote ó exorcista se ha de confesar, ó por lo menos arrepentirse verdaderamente de todos sus pecados, si pudiere ser se dirá antes una misa, y se pedirá á Dios con piadosas oraciones su favor y ayuda: despues se vestirá con sobrepelliz y estola morada, poniéndole una punta de ella en el cuello al endemoniado, al cual tendrá delante de sí, bien atado si hubiere peligro, luego se signará con la señal de la cruz á sì mismo, al enfermo y á los circunstantes; rocíe con agua bendita, y arrodillados todos, diga las letanías ordinarias, folio 299 sin las preces, respondiendo los que se hallen presentes, y concluidas dirá esta:

Aña. Ne reminiscaris Dómine delicta nostra, vel parentum nostrorum, neque vindictam sumas de peccatis nostris.
Pater noster &c.
℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed líbera nos á malo.

PSALMUS 53.

Deus in nómine tuo salvum me fac: * et in virtute tua júdica me.

Deus exáudi orationem meam: * aúribus pércipe verba oris mei.

Quóniam aliéni insurrexérunt adversum me, et fortes quæsierunt ánimam meam. * et non proposuérunt Deum, ante conspectum suum.

Ecce enim Deus ádjuvat me: * et Dóminus suscéptor est ánimæ meæ.

Averte mala inimícis meis: * et in veritate tua disperde illos.
Voluntarie sacrificabo tibi, * et confitebor nómini tuo Dómine: quoniam bonum est.
Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me: * et super inimícos meos despexit óculus meus.
Gloria Patri, &c.
Sicut erat in principio, &c.
℣. Salvum fac servum tuum.
℟. Deus meus sperantem in te.
℣. Esto ei Dómine túrris fortitúdinis.
℟. A facie inimici.
℣ Nihil proficiat inimicus in eo.
℟. Et filius iniquitatis non apponat nocére ei.
℣. Mitte ei Dómine auxilium de sancto.
℟, Et de Sion tuere eum.
℣. Dómine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dóminus vobiscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

Deus, cui proprium est misereri semper et párcere: súscipe deprecationem nostram, ut hunc fámulum tuum, (*vel* hanc fámulam tuam) quem (*vel* quam) delictorum catena constringit, miseratio tuæ pietatis clementer absolvat.

Dómine sancte, Pater omnípotens, æterne Deus, Pater Dómini nostri Jesu-Christi, qui illum réfugam tyrannum et apóstatam gehennæ ígnibus deputasti, quique Unigénitum tuum in hunc mundum missisti, ut illum rugientem contéreret, velóciter attende, accélera, ut eripias hóminem ad imáginem et similitúdinem tuam creatum, á ruina et dæmonio meridiano. Da, Dómine, terrorem tuum super béstiam, quæ extérminat vineam tuam. Da fiduciam servis tuis contra nequíssimum draconem pugnare fortíssime, ne contemnat sperantes in te, et ne dicat, sicut in Pharaone, qui jam dixit, Deum non novi, nec Israel dimitto. Urgeat illum déxtera tua potens discédere á fámulo tuo N. (*vel* á fámula tua N.) ✠ ne diútius præsumat captivum (*vel* captivam) tenére, quem (*vel* quam) tu ad imáginem tuam fácere dignatus es, et in Filio tuo redemisti. Qui tecum vivit et regnat, &c. ℟. Amen.

Despues mándele al demonio lo siguiente:

Præcipio tibi, quicumque es, spíritus immunde, et ómnibus sociis tuis hunc Dei fámulum obsidéntibus, ut per mysteria Incarnationis, Passionis, Resurrectionis, et Ascensionis Dómini nostri Jesu-Christi, per missionem

Spíritus sancti, et per adventum ejusdem Dómini nostri ad judicium, dicas mihi nomen tuum, diem, et horam éxitus tui, cum áliquo signo: et ut mihi Dei ministro, licet indigno, prorsus in ómnibus obedias: neque hanc creaturam Dei, vel circumstantes, aut eorum bona ullo modo offendas.

Luego leerá sobre el energúmeno los evangelios que se citan, ó alguno de ellos. Y cuando dijere: Lectio sancti Evangelii, &c. *se signa á sí mismo, y al endemoniado en la frente, boca y pecho.*

1.° El de S. Juan: *In principio erat Verbum &c.* como está en la 3.ª misa el dia de la Natividad del Señor.

2.° El de S. Marcos: *Euntes in mundum &c.* como está el dia de S. Francisco Javier 3 de Diciembre.

3.° El de S. Lucas: *Qui vos áudit &c.* como está en el dia de Stos. Vito y Modesto 15 de Junio.

4.° De S. Lucas: *Erat Jesus ejiciens &c.* como está en la Dominica 3.ª de cuaresma.

Y concluidos dice:

℣. Dómine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobiscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

Omnípotens Dómine, Verbum Dei Patris, Christe Jesu, Deus et Dóminus universæ creaturæ, qui sanctis Apóstolis tuis dedisti potestatem calcandi super serpentes et scorpiones, qui inter cétera mirabilium tuorum præcepta dignatus es dícere, dœmones effugáte: cujus virtute motus tamquam fulgur de cœlo sátanas cécidit: tuum sanctum nomen cum timore et tremore supplíciter déprecor, ut indigníssimo mihi servo tuo, data venia omnium delictorum meorum, constantem fidem, et potestatem donare digneris, ut hunc crudelem dœmonem, brachii tui sancti munítus potentia, fidenter et securus aggrediar, per te Jesu-Christe Dómine Deus noster, qui venturus es judicare vivos et mortuos, et sæculum per ignem. ℟. Amen.

Despues, signándose á sí y al energúmeno con la señal de la cruz, y rodeándole una parte de la estola al cuello, le pondrá la mano derecha sobre la cabeza, diciendo:

℣. Ecce Crucem Dómini, fúgite partes adversæ.
℟. Vicit leo de tribu Juda radix David.
℣. Dómine exáudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobiscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

Deus, et Pater Dómini nostri Jesu-Christi, ínvoco nomen sanctum tuum, et clementiam tuam supplex expósco, ut adversus hunc, et omnem immundum spíritum, qui vexat hoc plasma tuum, mihi auxilium præstare digneris. Per eumdem Dóminum nostrum, &c.

℟. Amen.

EXORCISMUS.

Exorcizo te immundíssime spíritus, omnis incursio adversarii, omne phantasma, omnis legio, in nómine Dómini nostri Jesu-Christi ✠ eradicáre, et effugáre ab hoc plásmate Dei. ✠ Ipse tibi ímperat, qui te de supernis cœlorum in inferiora terræ demergi præcepit. Ipse tibi ímperat, qui mari, ventis, et tempestátibus imperavit. Audi ergo, et time sátana, inimice fidei, hostis géneris humani, mortis adductor, vitæ raptor, justitiæ declinator, malorum radix, fomes vitiorum, seductor hóminum, pródictor gentium, incitator invidiæ, origo avaritiæ, causa discordiæ, excitator dolorum: ¿quid stás, et resistis, cum scias Christum Dóminus vires tuas pérdere? Illum metue, qui in Isaac immolatus est, in Joseph venúmdatus, in agno occísus, in hómine cru-

cifixus, deinde inferni triumphator fuit. (*Vaya haciendo las cruces siguientes en la frente del endemoniado.*) Recede ergo in nómine Patris, ✠ et Filii, ✠ et Spíritus ✠ sancti, da locum Spíritui sancto, per hoc signum ✠ Crucis Jesu-Christi Dómini nostri. Qui cum Patre, et eodem Spíritu sancto vivit et regnat Deus, per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen.

℣. Dómine exáudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobiscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

Deus cónditor et defensor géneris humani, qui hóminem ad imáginem tuam formasti: réspice super hunc fámulum tuum N. (*vel* super hanc fámulam tuam N.) qui (*vel* quæ) dolis immundi spíritus appétitur, quem vetus adversarius antiquus hostis terræ, formídinis horrore circúmvolat, et sensum mentis humanæ stupóre defigit, terrore conturbat, et metu trépidi timoris exágitat. Repelle, Dómine virtutem diáboli, fallacésque ejus insidias ámove; procul ímpius tentator aufúgiat: *fit* nóminis tui signo ✠ (*Haga la cruz en la srente*) fámulus tuus munítus, et in ánima

tutus et córpore (*vel* fámula tua múnita, et in ánima tuta et córpore.) *Las tres cruces siguientes hagánse en el pecho del energúmeno.* Tu péctoris ✠ hujus interna custodias. Tu víscera ✠ regas. Tu ✠ cor confirmes. In ánima adversatrícis potestatis tentamenta evanéscant. Da Dómine ad hanc invocationem sanctíssimi nóminis tui gratiam, ut qui hucúsque terrébat, térritus aufúgiat, et victus abscedat, tibíque possit hic fámulus tuus, (*vel* hæc fámula tua) et corde firmatus, (*vel* firmata) et mente sincérus (*vel* sincéra) débitum præbére famulatum. Per Dóminum nostrum Jesum- Christum Filium tuum, &c.

℟. Amen.

EXORCISMUS.

Adjuro te serpens antique, per Júdicem vivorum et mortuorum, per factorem tuum, per factorem mundi, per eum qui habet potestatem mittendi te in gehennam, ut ab hoc fámulo Dei N. qui ad Ecclesiæ sinum recúrrit, cum metu et exércitu furoris tui festínus discedas. Adjuro te íterum ✠ (*En la frente*) non mea infirmitate, sed virtute Spíritus sancti, ut exeas ab hoc fámulo Dei. N. quem omnípotens Deus ad imáginem suam fecit.

Cede ígitur, cede non mihi, sed ministro Christi. Illius enim te urget potestas, qui te Cruci suæ subjugavit. Illius brachium contremísce, qui devictis gemítibus inferni, ánimas ad lucem perduxit. Sit tibi terror córpus hóminis ✠ (*En el pecho*) si tibi formído imago Dei ✠ (*En la frente*) Non resistas, nec moréris discédere ab hómine isto, quoniam complacuit Christo in hómine habitáre. Et ne contemnendum putes, dum me peccatorem nimis esse cognoscis. Imperat tibi Deus ✠ Imperat tibi majestas Christi. ✠ Imperat tibi Deus Pater. ✠ Imperat tibi Deus Filius. ✠ Imperat tibi Deus Spíritus ✠ sanctus. Imperat tibi sacramentum Crucis. ✠ Imperat tibi fides sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, et ceterorum Sanctorum. ✠ Imperat tibi Mártyrum sanguis. ✠ Imperat tibi continentia Confessorum. ✠ Imperat tibi pia Sanctorum et Sanctarum omnium intercessio. ✠ Imperat tibi Christianæ fidei mysteriorum virtus. ✠ Exi ergo transgressor. Exi seductor, plene omni dolo et fallacia, virtutis inimice, innocentium persecutor. Da locum diríssime; da locum impiíssime; da locum Christo, in quo nihil invenisti de opéribus tuis, qui te spoliavit, qui regnum tuum destruxit, qui te victum ligavit, et vasa tua diripuit, qui te projecit in ténebras exteriores, ubi tibi cum mi-

nistris tuis erit præparatus intéritus. ¿Sed quid truculente retinéris? ¿Quid temerarie detrectas? Reus es omnipotenti Deo, cujus statuta transgressus es. Reus es Filio ejus Jesu-Christo Dómino nostro, quem tentáre ausus es, et crucifigere præsumpsisti. Reus es humano géneri, cui tuis persuasiónibus mortis venenum propinasti.

Adjuro ergo te, draco nequíssime, in nómine Agni ✠ immaculati, qui ambulavit super áspidem et basilíscum, qui conculcávit leonem et draconem, ut discedas ab hoc hómine, ✠ (*Haga la señal de la cruz en la frente.*) discedas ab Ecclesia Dei ✠ (*Haga la señal de la cruz sobre los circunstantes.*) contremísce, et éffuge, invocato nómine, Dómini illius, quem ínferi tremunt: cui Virtutes cœlorum, et Potestates, et Dominationes subjectæ sunt; quem Chérubim, et Séraphim indeféssis vócibus laudant dicentes: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus Sábaoth. Imperat tibi Verbum ✠ caro factum. Imperat tibi natus ✠ ex Vírgine. Imperat tibi Jesus ✠ Nazarenus, qui te, cum discipulos ejus contémneres, elísum atque prostratum exire præcepit ab hómine: quo præsente, cum te ab hómine separásset, nec porcórum gregem íngredi præsumebas. Recede ergo nunc adjuratus in nómine ✠ ejus ab hómine, quem ipse

plasmavit. Durum est tibi velle resístere. ✠ Durum est tibi contra stímulum calcitráre. ✠ Quia quantò tardiùs exis, tantò magis tibi supplicium crescit, quia non hómines contemnis, sed illum, qui dominatur vivorum et mortuorum, qui venturus est judicare vivos et mortuos, et sæculum per ignem. ℟. Amen.

℣. Dómine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dòminus vobiscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

Deus cœli, Deus terræ, Deus Angelorum, Deus Archangelorum, Deus Prophetarum, Deus Apostolorum, Deus Mártirum, Deus Vírginum, Deus qui potestatem habes donare vitam post mortem, requiem post laborem, quia non est alius Deus præter te, nec esse póterit verus, nisi tu creator cœli et terræ, qui verus Rex es, et cujus regni non erit finis, humíliter majestati gloriæ tuæ súpplico‘ ut hunc fámulum tuum de immundis spirítibus liberare digneris. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

EXORCISMUS.

Adjuro ergo te omnis immundíssime spíritus, omne phantasma, omnis incursio sáta-

næ, in nómine Jesu-Christi ✠ Nazareni, qui post lavacrum Jordanis in desertum ductus est, et te in tuis sédibus vicit, ut quem ille de limo terræ ad honorem gloriæ suæ formavit, tu désinas impugnare: et in hómine miserábili non humanam fragilitatem, sed imáginem omnipotentis Dei contremiscas. Cede ergo Deo, ✠ qui te et malitiam tuan in Pharaone, et in exércitu ejus per Moysen servum suum in abyssum demersit. Cede Deo, ✠ qui te per fidelíssimum servum suum David de rege Saule spirituálibus cánticis pulsum fugavit. Cede Deo, ✠ qui te in Juda Iscariote proditore damnavit. Ille enim te divinis ✠ verbéribus tangit, in cujus conspectu cum tuis legiónibus tremens et clamans dixisti: ¿Quid nobis, et tibi Jesu Fili Dei altíssimi? ¿Venisti huc ante tempus torquére nos? Ille te perpétuis flammis urget, qui in fine témporum dicturus est ímpiis: Discédite á me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diábolo et ángelis ejus. Tibi enim ímpie, et ángelis tuis vermes erunt, qui numquam morientur. Tibi et ángelis tuis inextinguíbile præparatur incendium, quia tu es princeps maledicti homicidii, tu auctor incæstus, tu sacrilegorum caput: tu actionum péssimarum magister: tu hæreticorum doctor, tu totíus obscœnitátis inventor. Exi ergo ✠ im-

pie, exi ✠ sceleráte, exi cum omni fallacia tua, quia hóminem templum suum esse voluit Deus. Sed quid diútius moráris hic? Da honorem Deo Patri omnipotenti, ✠ cui omne genufléctitur. Da locum Dómino Jesu-Christo, ✠ qui pro hómine Sánguinem suum sacratíssimum fudit. Da locum Spíritui ✠ sancto, qui per beatum Apóstolum suum Petrum te maniféste stravit in Simone mago: qui fallaciam tuam in Ananía et Saphíra condemnavit: qui te in Herode rege honorem Deo non dante percussit: qui te in mago Elyma per Apóstolum suum Paulum cæcitatis calígine pérdidit, et per eumdem de Pythoníssa verbo ímperans exire præcépit. Discede ergo nunc, ✠ discede ✠ seductor. Tibi erémus sedes est. Tibi habitatio serpens est: humiliáre et prostérnere. Jam non est differéndi tempus. Ecce enim dominator Dóminus próximat citò, et ignis ardebit ante ipsum, et præcedet, et inflammabit in circúitu inimicos ejus. Si enim hóminem feféllleris, Deum non póteris irridére. Ille te éjicit, cujus óculis nihil occultum est. Ille te expéllit, cujus virtuti universa subjecta sunt. Ille te exclúdit, qui tibi et ángelis tuis præparavit æternam gehennam; de cujus ore exibit gladius acútus. Qui venturus est judicare vivos et mortuos, et sæculum per ignem. ℟. Amen.

Todo lo dicho, si fuere necesario, se podrá repetir, hasta que el energúmeno se halle de todo punto libre. Ayudará tambieu mucho decir y repetir muchas veces sobre el endemoniado el Pater noster, *el* Ave Maria, *y el* Credo: *Los cánticos* Magníficat, &c. y Benedictus] Dóminus Deus Israel &c: *El símbolo de S. Atanasio*: Quicumque vult, &c. *Los salmos* 90, 67, 69, 53, 117, 34, 30, 21, 3, 10 y 12.

Y despues que esté ya libre el energúmeno, se dirá la siguiente oracion.

Oramus te, Deus omnípotens, ut spíritus iniquitatis amplius non habeat potestatem in hoc fámulo tuo N. (*vel* in hac fámula tua N.) sed ut fugiat; et non revertatur: ingrediatur in eum (*vel* in eam) Dómine, te jubente, bónitas, et pax Dómini nostri Jesu-Christi, per quem redempti sumus, et ab omni malo non timemus, quia Dóminus nobíscum est. Qui vivit et regnat cum Deo Patre in unitate Spíritus sancti Deus, per ómnia sæcula sæculorum. ℟. Amen.

ABSOLUCION

DE LA EXCOMUNION EN EL FUERO EXTERNO.

Lo primero se ha de suponer que al excomulgado regularmente puede absolverlo el

que lo excomulgó, si no es que el superior lo haya reservado en sí, el cual de la manera que puede absolver, puede tambien reservar para sí la absolucion.

En artículo de muerte cualquier sacerdote, aunque no sea párroco, puede absolber toda excomunion, *á jure vel ab hómine*; pero en tal caso mandará al penitente que habiendo cesado el impedimento, se presente al superior de quien debia ser absuelto, para ejecutar lo que le mandare. Y si alguno no hubiere podido ser absuelto en semejante artículo de muerte, y se conocieren en él señales de contricion, le podrá absolver despues de muerto el que pudiera cuando estaba vivo: y será válida la tal absolucion para que le entierren en sagrado, ó para que no lo desentierren, si ya lo estuviere.

La facultad de absolver de alguna excomunion reservada en el fuero externo, debe darse siempre por escrito. (1) Nadie puede ser absuelto ni en el fuero interno, ni en el externo, si antes de algun modo no dá satisfaccion ó se compone con la parte ofendida. (2)

El sacerdote á quien el superior come-

(1) Barruf. tit. 20 núm. 4.
(2) Barruf. id. núm. 8.

tiere la facultad de dar esta absolucion, deberá ir vestido de sobrepelliz y estola morada, cubierto con el bonete: (1) y si le diere la forma que en su absolucion se ha de tener, guárdela inviolablemente: pero si le mandare que le absuelva en la forma ordinaria, observe esta.

Si el pecado porque incurrió el penitente en excomunion es grave, pídale juramento de obedecer á los mandatos de la iglesia, que acerca de él se le hicieren; y principalmente de que no delinquirá contra el canon ó decreto, por cuya transgresion incurrió en la censura.

Despues póngase el penitente de rodillas ante el sacerdote, que estará sentado, desnudo un hombro hasta la camisa exclusive, y con una vara ó disciplina le herirá levemente, mientras dice todo el Salmo Miserere, &c. *con* Gloria Patri, &c. *Luego se levantará el sacerdote y descubierta la cabeza dirá:*

Kyrie eléyson.
Christe eléyson.
Kyrie eléyson.
Pater noster, &c.
℣. Et ne nos inducas intentationem.
℟. Sed líbera nos á malo.
℣. Salvum fac servum tuum (*vel* ancillam tuam) Dómine.

---

(1) Barruf. tit. 20. núm. 15.

℟. Deus meus sperantem in te.
℣. Nihil proficiat inimicus in eo (*vel* in ea.)
℟. Et filius iniquitatis non apponat nocére ei.
℣. Esto ei Dómine turris fortitúdinis.
℟. A facie inimici.
℣. Dómine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dóminus vobiscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

Deus, cui proprium est misereri semper, et párcere: súscipe deprecationem nostram, ut hunc fámulum tuum, quem (*vel* hanc famulam tuam, quam) excommunicationis sententia constringit, miseratio tuæ pietatis clementer absolvat. Per Christum Dóminum nostrum ℟. Amen.

Despues se sienta, y cubierta la cabeza dice:

Dóminus noster Jesus-Christus te absolvat, et ego auctoritate ipsius, et sanctíssimi Dómini nostri Papæ (*vel* Illustríssimi Epíscopi *N. ó de otro superior*) mihi commissa, absolvo te á vínculo excommunicationis, in quam incurristi (*vel* incurrisse declaratus, *vel* declarata es) propter *tale factum, vel causam &c.* (esprese el hecho ó causa) et restituo

te communioni, et unitati fidelium, et sanctis sacramentis Ecclesiæ. In nómine Patris, ✠ et Filii, ✠ et Spìritus ✠ sancti. Amen.

Si el superior no le señalare forma de absolver al sacerdote, ni le mandare guardar la que ordinariamente usa la iglesia, se ajustará á esta, diciendo las preces y oraciones acostumbradas, si lo pidiere la gravedad de la materia; pero no teniendo mucha, podrá absolver de este modo.

Dóminus noster Jesus-Christus te absolvat, et ego auctoritate ipsius, et sanctísimi Dómini nostri Papæ (*si fuere legado del Papa dígalo*, vel Illustríssimi Episcopi N. vel talis superioris,) mihi concessa, absolvo te, &c. *como arriba.*

En el fuero interno absolverá el sacerdote que tuviere facultad, segun el estilo comun que se puso en la forma de la absolucion, folío 62.

ABSOLUCION

A UN EXCOMULGADO YA DIFUNTO.

Si la excomunion era oculta no necesita el difunto de esta absolucion, porque solo es para el que murió excomulgado en el fuero externo, la cual debe hacerse públicamente ante testigos haciendo instrumento auténtico, para que pueda despues constar haberse hecho. (1)

Si el excomulgado diere señales de contricion al despedirse de esta vida, para que no carezca de eclesiástica sepnltura, y sea socorrido lo posible con los sufragios de la iglesia, se podrá absolver de esta suerte.

---

(1) Barruf tit. 21 números 8, 9 y 25.

El sacerdote comisionado para el efecto se revestirá de sobrepelliz y estola negra (1) *y cubierta la cabeza herirá con una vara el cuerpo si aun no estubiere enterrado. Si le hubieren enterrado en lugar profano, le desenterrarán pudiendo cómodamente hacerse, y habiéndolo herido con la vara, le absolverá y enterrarán en sagrado: pero si no pudiere desenterrarse, se herirá el lugar de la sepultura, y le absolverá despues.*

Si estuviere sepultado en lugar sagrado, no le desenterrarán; pero se hará la ceremonia de herir con la vara la sepultura diciendo el sacerdote la antífona. Exultabunt Dómino ossa humiliata, *y despues el salmo* Miserere mei Deus &c.

Despues le absuelve diciendo:

Auctoritate mihi concessa, ego te absolvo á vínculo excommunicationis, quam inincurristi (*vel* incurrisse declaratus, *vel* declarata es) *propter tale factum*, et restituo te communioni fidelium. In nómine Patris, ✠ et Filii, ✠ et Spíritus ✠ sancti. Amen.

Despues diga el salmo: De profundis &c. *y al fin.*

℣. Requiem æternam dona ei Dómine.
℟. Et lux perpetua luceat ei.
Kyrie eléyson.
Christe eléyson.
Kyrie eléyson.
Pater noster &c.
℣, Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed líbera nos á malo.

(1) Barruf. tit. 21. núm. 30.

℣. A porta ínferi.
℟. Erue Dómine ánimam ejus.
℣. Requiescat in pace.
℟. Amen.
℣. Dómine exáudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat
℣. Dóminus vobiscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

Da quæsumus Dómine, ánimæ fámuli tui, quem (*vel* fámulæ tuæ quam) excommunicationis sententia constrínxerat, refrigerii sedem, quietis beatitúdinem, et superni lúminis claritatem. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

FORMA PARA ABILITAR A LOS CASADOS
AD PETITIONEM DEBITI.

Despues de haber dado la absolucion ordinaria se añade: Et ínsuper auctoritate Dómini nostri Jesu-Christi et sanctæ romanæ Ecclesiæ, qua fungor, dispenso tecum circa impedimentum matrimonii quod contraxisti, et hábilem reddo ut póssis débitum pétere et réddere in nómine Pa✠tris, et Fi✠lii, et Spìritus ✠ sancti. Amen.

FORMA
PARA ABSOLVER A LOS INCESTUOSOS.

Despues de haber dado la absolucion ordinaria se añade: Et ínsuper auctoritate mihi speciáliter delegata, dispenso tecum super impedimento, ut eo non obstante, matrimonium, post ejus revalidationem, consummare et in eo remanére lícite possis. In nómine Patris et Filii et Spirítus sancti. Amen. Páriter eadem auctoritate, prolem si quam suscepisti et suscéperis, legítimam fere decerno et declaro. In nómine Pa✠tris et Fi✠lii et Spíritus ✠ sancti. Amen.

ABSOLUCION
DE SUSPENSION O IRREGULARIDAD.

Si algun sacerdote tuviere facultad de absolver de suspension ó irregularidad, aunque para esto no hay determinadas palabras, usará de esta fórmula.

Diga el penitente: Confiteor Deo, &c. *y el sacerdote:* Misereatur tui, &c. Indulgentiam, &c. Auctorirate mihi ab N. trádita, ego absolvo te á vínculo suspensionis, quam (*propter tale factum* vel *causam*) incurristi (*seu* incurrise declaratus es) In nómine Patris, ✠ et Filii, ✠ et Spíritus ✠ sancti. Amen.

Si se le hubiere dado facultad para dispensar en irregularidad, entonces habiéndole absuelto de los pecados, añada:

Et eadem auctoritate, dispenso tecum super irregularitate (*vel* irregularitátibus, *si fueren muchas*) in quam (*vel* in quas) ob talem (*vel* tales causas, *espresándolas*) incurristi, et hábilem reddo, et restituo te executioni ordinum et officiorum tuorum. In nómine Patris, ✠ et Filii, ✠ et Spíritus ✠ sancti. Amen.

